

ARBURG INSTITUTE
FH. 150

Rare Books
Room

16 XII 27/983

Complete

Yochimino Cat. 83. 2503.

WARBURG



18 0151923 9



F
H
H

150

MYSTICVS

AQ V I L O, S I V E

Declaratio Vaticinij Ieremiæ Prophetae:
Ab Aquilone pandetur malum super omnes habitatores terræ:

Quia,

Ab annis prouulgationis presentis Prophetie plus minus 648. ante natum Christum, Orbis vastatores, Ecclesiæ Dei hostes, à plaga mundi Aquilonari prorupisse, & in finem usque saeculi prorupturos esse, demonstratur.

A D

Inuictissimum Gloriosissimumq; Sacri Romani Imperij Imperatorem, Cæsarem, D. Maximilianum II. Patriæ Patrem, Catholicum, felicem, Augustum:
Auctore

THEODORO GRAMINAEOR Ruremondano, Aratino Philef. D. LL. L. S. Scripture, Canonum, ac Paternarum Traditionum, studio.

Item Epiphilius R. D. VVilhelmi Damasi Lindani, Episcopi S. D. E. Kurumondensis, de hoc eodem negotio.

C O L O N I A E,
APVD LVDOVICVM ALECTORI-
um, & heredes Iacobi Soteri.
Anno M. D. LXXVI.

1576

Pro K. p. Adversario sufficit

4 MYSTICI AQVILONIS

atque inuictissima T. M. me hominum c
ptum & cognitionem quæ superent affi
mare, ideoque non senio, sed studij ac lite
rarum amore delirare arbitretur: argumen
tis quibusdam veluti indice demonstrans,
cùm ex eo huius controuersiæ status licet
longiori interuallo dependeat, vulgaribus
& paſsim vſitatis posthabitis, preſens nego
tium explicare aggrediar.

*Mundū sex annorum milibus du
raturū, 120 anni pœnitentie ar
guum, Gene. 5.* Humanum itaque genus enormous sce
leribus postquam ledeuouisset, terramque
contaminaret ac pollueret, dixit Deus:
Non permanebit Spiritus meus in homine in eternū,
qua caro eſt, eruntq; dies illius centum viginti anno
rum, mysticorum ſcilicet, ſeu magnorum
Moſaycorum, qui ſpacium quinquaginta
annorum ciuilium noſtrorum contineat:
quo vicenis centenis vicibus ſumpto, exa
ctifimo calculo ſex annorum milia pœni
tentiae generali aliſignata, exurgant.

*De Moysi etate, libel Iuſ de ſcri
ptura mirabilib⁹, circa finem Deuterono
my videatur.* Idem Moysis legillatoris etas innuit, que
præterquam quod centum viginti annori
fuerit, mystice ſex annorum milia ætatis mun
di arguens, etiam duo milia inanitatis, duo
milia legis, & duo milia annorum Christi,
adum

adumbravit. Quadraginta annis in aula Pharaonis agens, tempus inanitatis, quod legem praecepsit, prefigurauit: cum Ietro-ne quadraginta annis versans, exilio suo, exiliu iudici populi, ab exitu Aegypti ad Christum usque significauit: quadraginta vii posterioribus annis, quibus populum rest, tempus a Christi aduentu usque ad Mundi consummationem manifestissimo typodeclarans,

Eandem sententiam caput duodecimi Leuitici confirmat. Mulier enim si suscepisse esse pepererit masculum, immunda erit septem dies noctis separationis menstrua: & die octavo circumcidetur infantulus, ipsa vero triginta tribus diebus manebit in sanguine purificationis. Quod si secundum hanc scripturam, septem dies im munditiel addamus triginta tribus diebus purificationis: quadraginta dies Masculi, temporis mystici corporis Christi, Ecclesie scilicet duo annorum milium, exurgunt. Si autem feminam pepererit, immunda erit duabus hebdomadiis, sextarum fluxus menstrui, & sexaginta sex dies manebit in sanguine purificationis sue. Quod si duas hebdomadas, sexaginta sex diebus coniungamus, 80. dierum mysti-

*Leuitici 12.
huius my-
stici tempo-
ris habetur
historia.*

corum efficiemus duplēm matris Eu
prolificationis, & manti sorte condemna-
tē numerum, scilicet inanitatis & legis, quā
tuor annorum millium, cui si mysticos illos
numerōs quadraginta, masculi scilicet, du-
orū annorū miliū addamus, annos sex mille
durationis mundi, exactissimo calculo con-
ficiunt.

Hisce ac pluribus alijs argumentis, quæ
nunc non est narrandi locus, in generalem
temporum Mundi sex annorum miliū per-
durationem ut assentirer, protractus, ccepi
ad rem proprius accedens, analogia legis &
prophetarum, cum Ecclesiæ Christi euen-
tu diligentissimè collata, cui ætati mundi
& potissimum corporis Christi Mystici, Ec-
clesiæ scilicet, hoc nostrum æuum intertur-
batum, & per dissensiones frustatim dislo-
ctum, conueniat, summo studio scrutari &

*Nos iam in
quinto sta-
tu Ecclesiæ
Christi ver-
sari, atio lo-
co argumē-
tis eviden-
tias & euentus de-
signari.*

Rationibus autem non leuibus, ijsdemq;
quamplurimis permotus, nos iam in quin-
to statu Ecclesiæ Christi annis aliquot ver-
sari, singulisq; apocalypseos numeris, fin-
gulorum Ecclesiæ Christi statuum prophe-
tias & euentus designari, post longam
mōstratū.

ac

ac frequentem meditationem mihi persuasi. Hocigitur arcano, cui tanquam fundamento subsequentia innititur, resoluto: Nonum caput Apocalypses Quinti Angelicani, Patrum & Lutheranicæ scho-
 le sectatoribus in eo consentientibus, de hereticis quinti status Ecclesiæ, nostra tem-
 pestate exortis, intelligendum puto: nihilq; aut restare, quā vt inquiramus, in qua par-
 temundi, hiens illa & patens inferni vora-
 go, seu puteus omnis extermij autoris, Re-
 gis abyssi, vt scriptura vocat, cui fumus no-
 nus aerem & solem ipsum obscurauit, & clo-
 culas in vniuersam Europam prosilientes
 produxit, per stellæ calamitosam Ecclesiæ
 nunam apertus & referatus, appareat. Hoc
 enim ubi constiterit, quid de dogmate no-
 vo: ex mundi partibus prodeunte senti-
 endum sit, apud omnes in confessio futurū.

Verum dum fumus putei exitialis, à mū-
 di parte Aquilonari ad nos accedat, nares
 ac oculos Europicorum constringens, de
 loco putei minimè dubitandū existimauit.
 Ita n. Esias propheta habet, *Ab Aquilone venit
 fumus, sicut fumus fornacis magna. Quarantibus
 iam quæ pronuncia aut regio Domui Iudeæ Confertur*

Ierosoly- seu spiritu, li Ierusalem, in locum Aqui-
ma primat- naris Babylonis, seu Chaldeæ succelēm
ria vrbis Sy- respondebunt Abbas Ioachim, & Vincen-
nagogae, cū tius Dominicanus, in libello de fine Mundi,
Romana esse gentem Alemanorū, & ceterasque septen-
Ecclesia. trionales Europæ prouincias. Hisce & alijs
Abbas Ioa- quam plurimis argumentis, typicis arcans
chim triū veteris legis, euentu historiarum Ecclesiæ
Pontificū mādaro ac congruente, in hanc sententia Analogicè
obedientia cōclusi, scilicet Aquilonarem mundi plagā
scripsit, non solum Synagogæ, verum etiam Eccle-
Vincentius si & Christi funestam haētenus fuisse, & ad
miraculis finem usque sāculi futuram esse, iuxta Iere-
claruit. mie Prophetæ capit is primi vaticinium,
Ab Aquilone pandetur malum super omnes habita-
toresterræ.

Hanc conclusionem & Prophetiae expli-
 cationem Analogicam Thadæus ab Hayck,
 Gloriosissimæ T. M. aulæ, ut se scribit, Me-
 dicus indignè ferens, quod ea Lutheri sui
 fermentatum dogma notari & eleuari exi-
 stimaret: in me acerbis ac diris modis inue-
 ctus est (non intelligens mysticæ Theolo-
 giae arcanum) me calumniatorem malitio-
 sum ac perfidum, qui multa scelerate ad su-
 stellæ appa- am virulentiam obtegendam, sacrarum li-
 ritione, ybi terarum

In libro de noua & in- cognite stellæ appa- ritione, ybi

terarum testimonijs falsò & iniquè detor- *contra Rā*
 tis, commentus sit, publico famoio scripto *imundum*
 appellat non erubuit, me in discrimen vite
 ac fortunarum vocans: in odiū ac indigna-
 tionem Christianorum principum, corum
 possum, qui Aquilonares Europez Ic-
 roloymæ mundi plagas inhabitant, detur-
 bare studuit: quasi ego malitiosè ac perfi-
 de, sub nomini Sennacherib, Nabuchodonosoris,
 Antiochi, & aliorum, Christi-
 anos principes hærefoes & tyrannidis no-
 tem,

Adhanc igitur maculam abstergendam *Non ledet*
 imprudentia Thaddæi mihi aspersam, corā *di animo*,
 Gloriosissima imperatoria T.M. innocens *sed defen-*
comparco, ad vmboram alarum tuarum, seu dendi gra-
patoctnij & defensionis tutissimum pro- tia, cū de-
pugnaculum me conferens, apud T.M. me- sensio iuris
am causam dicturus, non tanquam diuexa- naturalis
tus, qui talionem ab auctore, vel ciuilem, vel sit, hac scri
criminalē exposcat, sed qui solum aduer- ptæsse.
sā, cōminicationem à se remoueat, culpam
illi, dum hēc concertatio religionis causa su-
scepta sit, remissurus. Maledictiōes enim &
calumnias fustincere religionis causa, merito
nū est, perecum solū, qui Paulō Apo-

Ad Colos. i stolo dedit in corpore suo sustinere, qui Christi passionibus decesserat.

Ne autem Gloriosissimam T.M. diutius morer, meam hanc defensionem aggrediari, tribus eam partibus comprehensius.

*Distribu-
tio defen-
sionis.*

Primò rationes Mysticæ Theologiae, cuius auctoritate, veteris legis scriptura ad euentus Ecclesiæ Christi declarandos usus sum, in causæ meæ patrocinium adferam.

Secundo Thadæi scriptum contumeliosum, meam quo conatus est famâ proscindere, confutabo.

Tertiò argumentis naturalibus seu physicis, Medicis, Astronomicis, Astrologicis, historicis, & sacræ scripturæ auctoritatibus, Theologorū veterum & Rabbinorum sententijs adhibitis, ab Aquilone malum super omnes habitatores terræ, contra domū Dei haec tenus inundauisse, & in finem usq; saeculi ab ea mundi plaga venturum denuntiari, pro nostræ causæ patrocinio & conclusione conuincemus.

AD primam itaque huius nostræ defensionis partem quod attinet, cum

cum sacra scripturæ auctor Deus sit, qui omnia simul comprehedat suo intellectu, mirum non est ipsam sub una litera plures sensus velare, videlicet literalem multiplicem, spiritualēm triplicem: ut, Allegoricum, Moralēm, & Anagogicum. Vmbras veteris legis ad nouam legem allegorico sensu transferimus. Quando ea, quæ per Christum facta sunt, nostris moribus applicamus, id sensu moraliter facimus. Hæc eadem ad eternam gloriam applicantes, scripturæ Anagogico sensu vtimur. Nam ut D. Thomas habet, sensus spiritualis trifariam diuiditur. Sicut *Prima pars* enim Apostolus ad Hebreos septimo dicit: *Summa, cit, levius figura est nouæ legis, & ipsa no. 9. 1. Art. 9. ualeat, ut dicit Dionysius, cap. 5. Ecclesiast. & 10.* Hie tamen est figura nouæ gloriae: in noua eti- um lege ea quæ in capite sunt gesta, signa e- otium sunt, quæ nos agere debemus. Tribus hinc modis ut plurimū patres interpreta- ti sunt scripturas, ijs exceptis, qui per Analo- giam seu concordiam vetus testamentum temporis nouæ legis conuincire existima- runt.

Analogiam enim seu concordiam esse dicimus, similitudinem & quæ proportionis noui

noui ac veteris testaméti: æquæ dico, quæ ad numerum, non quo ad dignitatem: cum videlicet persona & persona, ordo & ordo, multitudo & multitudo, ex proportione quadam conueniant: utpote Abraham & Zacharias, Sara & Elisabet, Isaac & Ioánes Baptista, & homo Iesus & Iacob, licet Ioánes non genuerit, sed baptizauerit Christum: duodecim Patriarchæ & numerus iusdem Apostolis. Sic domus Iuda seu Hierusalem, & Romana Ecclesia, Samaria & Constantinopolitana. ut hinc colligere licet, aliam esse Allegoriæ, aliam Analogiæ rationem.

Allegoria enim est cuiuscunque rei partus ad maximam similitudinem, ac si dies ad annum, hebdomada ad ætatem, persona ad ordinem, vel ad urbem, ad gentem, ad populum conferatur. Ut, Abraham unus homo, significat ordinem Patriarcharum: Sara uina examina, significat Synagogam, non reprobam, quam designat Agar, sed sterilem iustorum Ecclesiam: quæ quotidie ingemiscet, & deslebat opprobrium sterilitatis suæ, videns exultantem in filiis æmulans suam, & diem festum agentem in diuinitijs suis. Datus est

ad

ad extremum filius Saræ , filius non carnis
sed promissionis , tempore senectutis suæ,
vbi plenitudo temporum venit, ut mitteret
Deus filium suum natum ex muliere , factū
soblege, vt eos qui sub lege erant redime-
rentur hoc exemplo & Allegorica, & Ana-
gogicæ scripturæ interpretatio cōinngātur.

Quo autem Thadæus, atque omnes bo-
niviri, huius Analogicæ interpretationis
veritatem & vbertatem, in Ecclesiam Chri-
stianam redundantem, & me indignis modis atro-
ci iniuria affectum intelligent : breuiter
Prophetarum potiora arcana, Synagogam,
& per Analogiam Ecclesiam Christi con-
centia, mystice huius Theologie studio-
sis lubens declarabo.

Ab Elcia filio Amos exordium suma-
mus, qui Hieronymo non Prophetiam te-
tare, sed Euangelium visus est. Is secundū
historiam ingratitudinem Iudeorum præ-
dicat secundum Analogiam, Ecclesiæ Chri-
stiane transgressores & scelera lamētatur,
& sententiam latus in impios ingemiscit.
Secundum historiam, Jerusalēm in pristinū
statum restituendā tradit : secundum Ana-
logiam, post ruinam Babylonis, Ecclesiam

*Analogicæ
quatuor
maiorum*

*Propheta-
rum expli-
catio.*

Roma-

*Post ruinā Romanam restaurandam affirmat. Quā
Babylonis tempus non laboriosę Lixerit, quā est
Ecclesiam pis oculis, sed Rachelis venustae faciei & co-
reforman- cori aspectus, & sedebit populus dominii
dam esse.* pulchritudine pacis, & in tabernaculis fidu-
ciae, & requie opulenta. Secundum historiā
prædict destrucionem Babylonis, cuiusque
onera & afflictiones, excidium Philistiorū,
Moabytarum, Assyriorumque ruinam, Ae-
gyptiorum vastationem: secundum Analo-
giam, exurgentium & impetum facientium
in Romanam Ecclesiam nationum excidi-
um, ex quibus Gothi & Vandali in Phili-
stijm, Galli in Aegyptios, Romanæ Eccle-
siæ reputati sunt. Historicè gloriam & cla-
ritatem Hierusalem, cum sol iustitiae erat na-
sciturus ex ea: secundum Analogiam, Eccle-
siæ claritatem, in qua gloriofus regnet Chri-
stus, celebrat: ut infinita alia Esaïæ prophe-
tia, Analogia prodit.

Jeremias, quem Hieronymus virgam nu-
ceam, & collam succensam à facie Aquilonis,
& pardum spoliatum suis coloribus, & qua-
druplex diuersis metris alphabetum vexti-
reafferit; historicè imminentem Domini lu-
de destructionem deflet: secundum con-
cordiam

cordiam, Ecclesiæ Romanae desolationem.'

Babylonem & vicinas gentes Iudeam in se- *Interitum*
 stantes ad dominum interituras dicit: secundū tam Baby-
 Analogiam, ciuitatem illam magnam, quæ *lonis quam*
 habet regnum, ut ait angelus Ioanni, super re- *Ecclesiæ ca-*
 gosten, ruitur a vaticinatur, & Reges mul- *lmitatem*
 totos venturos ab Aquilone. Quod quia nō *vaticina-*
 est completum in illa Babylone: ut in spiri- *tur.*

tu compleatur in ista necessarium est: ut discat *Nota hic*
 intelligere Thaddœus & nouā Babylonem, *nouam Ba-*
 & Hierusalem esse, quæ fundata sit Romæ, *bylonē. er-*
 super lapides preciosos Apostolos, Marty- *go etiā erit*
 ri, Confessores, & Virgines. *noua Ier-*

Ezechiel filius Buzi, sacerdos in terra *salem.*
 Chaldaeorum, secus flumen Chobar, quem
 D. Hieronymus asserit principia & finem,
 tantis habere obscuritatibus inuoluta, ut
 apud Hebreos istæ partes, cum exordio Ge-
 neseos, ante annos ætatis 30. non legan-
 tur: historice obsidionem Hierusalem, di-
 unumitatem captiuitatis Israel, & Iuda, &
 famam futuram in captiuitate prædictæ, eni-
 gmate pilorum vastationem populi signifi-
 cans, propter peccatum idololatriæ percu-
 tiendum. Secundum Analogiam hæc Lat-
 inam & Græcam Ecclesiam concernunt.

Post

Postaliorum cædem, ad Assyrios & Chædaeos, se conuertit, ac ipsi Nabuchodonosor à Domino interitum minatur: que pū

*Nota Saya
cenos &
Ottoman-
nos vasta-
re Oriente-
lem Eccle-
siam.* Analogiam, populum Saracenorum & Ottomanicam gētem crudelēm, que multas Græcorum oppresserunt Ecclesiās: ratione vero Chaldeorum, populum Aquilonare Europicum, qui Romanam Ecclesiām infestet, notant. Post hæc pastoribus vaticinatur, qui pascunt semetipſos: futurum eſſe, vt cruat dominus gregem suum de manib⁹ eorum, vt pascant pastores greges, & nō semetipſos: Euāgelici pastoris officiū deferti bens, utrū pastore Christum, & cum eo pā-

*Contra cle-
rum sene-
scientis Ec-
clēsias, hęc conueniunt Europeæ Ieroſoly-
mā vati in terram promissionis, in nouissimis die-
cinatur E-
bus, venturos, & à bestijs & volucribus deuo-
zechiel. randoſ vaticinatur. Quod quo ordine con-
ſummandum ſit, temporum euentus doce-
bit. Poſtremō restaurationem ciuitatis &
templi Ieroſolymitani, eiusque & omnium
ad illud pertinentium diſpoſitionem pre-
videt: in quo nihil aliud quam cæleſtem
exhi-*

exhibit civitatem, in hoc ipso cum Ioannis Apocalypsi concordans.

Daniel, que D. Hiero. postremū inter quatuor prophetas, temporum consciū, & totius modi Philohistoria appellauit, lapidem præcium de monte sine manibus, regnorū omnium statuam subuertentem, sine Analogia proprio significatu & claro sermone ostendit. Ad cetera quod attinet, Historicè ea enarrat, quæ à tempore suo usque ad Christum Synagogæ cuentura erant: secundum Daniel tamen Analogiam vero & spiritū, ea quæ à Christo ad finē usque sæculi futura sint, vaticinatur. In sexta enim visione quatuor Bestiarū, Ecclesia evenit omnes tribulationes Ecclesiæ veluti sub æterni vaticinio & in uolucris quibusdam tegit. In natura Leæna enim significatur Synagoga Iudeorum: In Urso populus Romanus: In Pardo, variū morib⁹ & lingua Arianorū genus impudentiā cū hæresi & tyrannide coniungens. In bestia illa terribili, quæ diſsimilis catenis describitur, gens Saracenorū seu Ottomannorum crudelis & atrox præfigitur, quæ reuera vngues & dentes ferreos Nota, Tur habet, gens quæ cōterit & comminuit, omnia pedibus conculcans vastata, nulli parcere non instau-

B ordinis rare.

18 MYSTICI AQVILONIS

*Nota hanc explicatio-
nem qua-
tuor Besti-
arum Da-
nielis inusi-
tatum.*

ordini vel ætati, iudicans indignos vita eos, qui nefandissimæ sectæ suæ noluerint fusi pere abominationem. Cornu vero, quod magnificatum est contra Orientem & contra Occidentem, & contra fortitudinē, & deiecit de fortitudine & de stellis, & cōcul cauit eas in terrā: Analogicè persecutionē Antichristi notat. Verum dum Daniel, præ cæteris apertius de fine mundi & euētis Ecclesiæ loquatur, in pluribus eius historialis interpretatio cum Analogia conuenit.

Duodecim Prophetæ, vt Hieronymus inquit, in vnius voluminis angustias coarctati, aliud quā sonat in litera, præfigurat.

I. Osę̄ crebrò nominat Ephraim, Sama

Scriptura riam, Joseph, Iezrahel & vxorem fornicariā, alia signifi- & fornicationis filios, & adulteram cubicu- cat, ac ver lo clausam mariti, multo tempore sedere vi- ba præsepe- duam, & sub veste lugubri viri ad se redditū præstolari. Hæc ipsa secundum Analogiam, Ecclesiam Græcorum concernunt, quam Saraceni & Ottomannorum gens euertere & depopulati sunt: secundum spiritualem vero interpretationem, generalem illam captiuitatem significat, quam à Romanis reliqua Israël, potissimum domus Iudeæ &

Benia-

Beniamin cum parte Tribus Leui, quod in lapidem offensionis impegerint, per Europeanum sub tributo oberrantes, sustinuere & sustinebunt, donec intrantem plenitudinem gentium exmulentur, ut propheta manifeste declarat, inquit: *Dies multos expectabis me, Osea 3.*
& non sornicaberis, & non eris cum viro. Sed & ego experilabo te: quia diebus multis sedebunt filii Israel sine Rege & sine Princepe, & sine sacrificio & sine altari, & sine ephod, & sine therasin. Et post hec reverentur filii Israel, & querent Dominum Deum suum, & David regem suum, & pauebunt ad Dominum, & ad domum eius in nouissimo dierum. Hic notandum, quod Propheta dierum nouissimorum meminerit, & domus Domini.

Iocparola proposita, præterquam *II.*, quod terram duodecim Tribuum, crux, bracho, locusta, rubigine vastante consumptam esse affirmet, destructionem Ierusalem, hostiumque aduentum & crudelitatem immanem predicit. Doctorem Ecclesiae Christi Dominum, eiusque laudem, missionem Spiritus sancti, & veram invocationem Dei vaticinatur. Per Analogiam, regnum Antichristi, & calamitates mundo eius tyrannide sexto statu Ecclesiae, atroces sa-

ne, & horribiles cuenturas prænuntiat (cū tanta acerbitas Prophetiae, templi polluti & imperfecti Iudaici populi esse nequeat.) Vnde
Prophetia late enim, inquit: quia prope est dies domini, quasi va
 hec non tam sitas à domino vemet: propter hoc omnes manus dis
 de calamitatis soluentur, & omne cor hominis conturbescet & con
 tracte captivus teretur. Ecce dies domini veniet crudelis & indi
 uitatis Iudea, gnatione plenus, & ira furorisq; ad ponendam terrā
 daice, quā insolitudinem, & peccatores conterēdos de ea. Quo
 vultimorū niam stella celi & splendor earum non expandent lu
 temporum men suum. &c. Quod autem post dies illos
 intelligens effundere se dicit dominus de spiritu suo su
 da.

per omnem carnem, licet historicè, sicut D.
 Petrus commemorat, completum sit: Ana
 logicè tamen post ruinam Antichristi, solē
 nius complendum expectamus. Nam quod
 ait, Sol conuertetur in tenebras, & Luna in sanguine,
 antequam veniat dies domini magnus & hor
 ribilis: de tempore isto, quod est vicinum di
 einouissimo, magis, quam de tempore per
 terito intelligendum est. quod sequentia
 præcipue manifestant, cū dicat Propheta,
 Quia ecce in diebus illis & in tempore illo, cum con
 uertero captiuitatem Iuda & Ierusalem, congrega
 bo omnes gentes in vallem Iosaphat, &c. quæ de
 extremi iudicij loco omnium astens intel
 liguntur.

Amos

Amos pastor Thecuç & rusticus, rubo- *III.*

rum mora distringens, Tria & Quatuor sce-

len: Damasci, & Gazæ, & Tyri, & Idumeæ,

& filiorum Ammon, & Moab commemo-

rat: in septimo & octavo gradu, Iudæ & Is-

rael commemorandis abominationibus oc-

cupatus est. Loquitur quoq; ad vaccas pin-

gues, quæ sunt in Samaria. Per Analogiam,

increpat omnes peccatores terræ, potissi-

mum autem Europæos mediterraneos, ut

Germanos, Polonos, &c ad fretum occiduum

Tynum & Sidona Belgij occupantes, ad Ga-

zz, extrema Hispaniæ, & Galliæ littora vi-

que, dissimulantes conuerti de die in diem.

Ostendens iam terminum delinquentibus,

quem transire ne quicat, à Deo statutum es-

te, ne quis diuina misericordia abutatur:

quia per tres annos expectet dominus sicut

nec in fructuosa, super quarto vero si ex-

pectet & conuerti noluerit, auferatur ei oc-

casio conuertendi: cum Dei benignitas &

longanimitas ad poenitentiam nos prouo-

cet.

*Notantur
hereticorū
Prelati,
prædis Ec-
clesiae pin-
gues.*

*Ad Roma.
c. 2. num. 4.*

Abdias pertonat contra Edom, carnalē *IV.*

terrenumque hominem, fratris sui semper

enim: eius destruptionem ab Israelitis

euenturam praeuidet: & de Christo atq; Ec
clesia vaticinatur. Significatur in Esau po-
Lapidem pulus Iudeorum: in filiis Israel Gētiles, qui
enim, quē crediderunt in Christum, quique occupan-
exprobaue tes testamentum sanctum, eorum heredita-
runt adi-
cantes, fa- tem possederunt, Iraeli solummodo semi-
Elus est in ne relicto, ad desolationem Sodomæ & Go-
caput an- morræ effugiendam.

Ionas, quem D. Hieron. pulcherrimā co-
lumbam appellat, naufragio suo passionem
Domini præfigurat: mundū ad pœnitentiā
vocat, & sub nomine Niniue Gentibus salu-
tem nunciat. Et intumuit mare cōtra Ionā,
intumuit Iudeorū tumultus contra Chri-
stū, potissimū dum vociferatur, tolle, tolle,
crucifige eum. Missus est Jonas ad Niniuen,
postquā pisces cum euomuit: quia Christus
trahuit ad Gētes, postq; resurrexit à mortu-
is. Quod aut Niniuitæ pœnitentiā cgerūt,
designat conuersiōne & pœnitentiā Gen-
tium, quos Deus sua longanimitate ad ou-
le suū & pœnitentiā inuitat, ut ex Diuo Pe-
Hic innui- tro colligimus. In nouissimis diebus veniet in dece-
tur. post ru- ptione illusores, iuxta proprias concupiscentias ambi-
inā Babylo- lantes & dicentes, ubi est promissio aut aduentus eius?
nis, Gentiu- Ex quo enim patres dormierūt, omnia sic perfecerat
& Indeag- ab ini-

*ab iniis creature. & quibusdā interie&tis, ait: rū multitu
nont adat Deus promissa, sed patienter agit propter dñe ingre
vos, nūc aliquē perire, sed oēs ad pœnitentiā reuerti. surā Eccle
siā , vt fiat vnum ouile, & unus pastor.*

Micheas vastationem si iæ latronis annuntiat, peccata populi recenset, ob quam eum flagella, ut pote Ierusalem destrucciónem pronuntiat: Christum ducem reliquum Israël, exaltationē carnis, fiduciæ ablationem, & Ecclesiæ prosperitatē præuidet. Secundum concordiam, non tā Samatiā & Ierusalē, quam Constantinopolitanā & Romanam Ecclesiā increpat. Quod aut consolatur Ierusalem & Iudeam, dicens ex Bethleem nasciturū Christum; designat spiritu alē intellectum processurum de partibus in Latina Ecclesia, qui regnaturus sit in populo videnti Deum, ut iā non vivat homines secundum carnē, sed secundū spiritū.

Esa. 6.11.
Nahum Elcesæus Niniuem urbem illā VII.
sanguinum euertendam prædictit: victoriā Chaldaeorum aduersus Assyrios, eorumq; hystriū irridēs. In Ninive totius mudi rūnā predicit. Nec penitet Dcū, sicut in principio, quia tēpus est misericordiae, & tēpus iudicij: & qui in primo aduentu suo pepercit pœnitēbus, appropinquāte sine mudi purum agerit impenitentes.

Annis my
sticis 120.
pœnitentia
euolutis,
Deus seue
pœnitēbus,

VIII. Habacuc in persona sanctorum, pie con queritur, quod mali iustos persequuntur, & Chaldeos suscitatos, ad iustorum coireceptionem ostendit, eorumque ruinam vaticinatur. Secundum concordiam, Romanæ Ecclesiae persecutores, ut Babylonios, à Medis & Persis Europicis affigendos notat: per Spiritum, omnes impios Christianos, qui continuo affligunt electos Dei: quos tamen in fine terribili iudicio dicit esse plebétendos.

IX. Sophonias iram domini super Iudam & Ierusalem annuntiat, Ultionis diem in Iudeos prædicit, & quod mirabile est, ultimò Israelis cōuercionem post Gentium plenitudinem annuntiat.

X. Aggeus, Hieronymo festiuus & clatus dicitus, qui seminauit in lachrymis, ut in gaudio meteret, destruētum templum ædificat, *Præsens Prophetia de restitu-* Deumque patrem inducit loquentem: *Adoration: Ro* *huc unum modicum, & ego commouebo calum & mana. Ec-* *terrā, & mare, & aridam. Et mouebo omnes Gen-* *clesia agit. tes, ET VENIET DESTIDERAT VS* *cun-* *ca. 2. iii. 7. du Gentibus.* Gloriam secundi templi maioreb. 12. iii. rem, quam fuerit prioris, ob Christi aduentus. *tum præuidet, & Prophetiam de Christo* sub

sub typo Zorobabel complectitur. In Spiri-
tu vero concernit Ecclesiam Romanam,
quam post ruinam nouæ Babylonis refor-
mant oportet in gradum pristinum, iuxta il-
lud Eliæ, *Comuertam mænum meam ad Efai. I. nu-*
te, & excoquam ad purum scoriam tuam,^{25.}
& auferimne stannū tuū, & restituā iudi-
cis tuos ut fuerūt prius, & consiliarios tuos
scut antiquitus: post hoc vocaberis ciuitas
iusti, vrbis fidelis: per ordinem videlicet
Eremitarum, in extrema mundi ætate, diui-
nigratia, in zelo ac Dei amore, veluti igne
ex ardescenti, iam repurgata Ecclesia. Surget
tum ordo, ut Abbas Ioachim ante quadri-
gétos scerè annos prophetico spirituclarus
predixit (quem in gemmas iam proumpe-
re, & odore fragrantí florum suorum diffi-
cultus spirantem Ecclesiam reficere existi-
mamus) qui videtur nouus & non est. pergit Ab-
bas, sic de fratribus noui ordinis loquens.

Indutus in gru vestibus & desuper accincti zona pelli-
cia. Hi crescent, & fama eorū diuulgabitur, & præ-
dicabunt fidem, quam & defendent usque ad Mundi
consummationem, in spiritu ac virtute Heliæ. Qui e-
rit Ordo Eremitarum emulantium vitam Angeloi-
rum. Quorū vita erit quasi ignis ardens in amore
& zelo Dei, ad comburendum spinas & tribulos, ad

Abbas Ioa-
chim ad 14
c. Apoca-
lypseos, de
hoc novo
ordine scri-
bit.

consumendum & extinguendum pernitiosam vitam
prauorum: nemali amplius abutantur Dei patietia.

cap. I. Iere. De eodem ordine super Ieremiam cap. I. si-
mia Pro. inquit: Licet nouus Ordo predicantium tunc (id est,
pheta simi in ipsa tribulazione futura:) videatur oriri ipsi Ecclesie
liter huic sc. nihilominus ipse fuit iniarius primo a Prophetis,
Ordinis et deinde ab Apostolis, postremo a doctoribus tertij &
ea afflisci-quartit temporis Ecclesiastici: charis cognitus, &
onis, quin electus a Deo, signatus in Isaac & Ioanne Baptis-
que mensi. Ita. Nam sicut Helias fuit quarta etate Mundi ducens
um quini vitam Eremiticam, (quot tempore similiter Helias
futus Eccl. & filii Prophetarum eremos incolebant) & iterum
Ecclesie tem sexta etate est reuelandus: ita & Eremita, per con-
pus exorti cordiam & typum ei correspondentes, fuerunt &
Abbas meus floruerunt quarto tempore Ecclesiastico: iterum
minit. venturi & reuelandi sunt & propagandi usque in finem seculi: ingressuri tempora iustitiae & pacis abun-
dantium: visuriq. statuae confractionem, atque super-
raturi gladio diuini verbi gentes & regna, agnitavi
delicer fidei veritate.

XI. Zacharias eadē cū Prophetā Aggæo ha-
Zachar. 4. bet, Gloriam nouæ Ierusalē, velut candelabrum aureum, cum septem lucernis, in quo
septiformis ordinis designetur Ecclesia, vi-
det. Dux Oliua, duo Prophetæ sunt, quos
ante iudicij diē hic mūdus venturos expe-
ctat. Per visionē libri volantis maledictionē
furū & Dei nomine abutentium significat.

Pervisione amphorę, Tribus Iudeę trálatio *Hec per in Babylonę designatur. Quadrigę, quas cō montis Oli spici, Gétes sunt, quę faciet quod futurum ueti mystice est: babylone iudiciū: quod totū referen* *cā diuisio-*
dum est ad illi tribulationē, quę erit circa nē significā
tēpus Antichristi, vbi in discrimine Ierusa-
lm, hoc est, Ecclesia Romana futura erit.

Malachiis apertè & in fine omniū Prophetañ, de abiectione Israēl, & vocatione Gentiuū loquitur. *Non est mihi voluntas in robis, det.*
at dominus, & munus non suscipiā de manu vestra. X I I.

Ad utrumque solis usq; ad occasum, magnū est nomē mē in genibus, & in omni loco sacrificatur & offer- tur novini meo oblatio mūda. De Ioāne Baptista p̄cursori Christi vaticinatur, eū scilicet sub nomine Angeli & Heliæ venturū ante facié domini ita tamē, vt circa finē seculi Heliā ip̄su inventate p̄cessurū dominatore, qui ad tēplū illud manus etū viuos & mortuos, & seculū pigne iudicatur veniet, existimem⁹.

Sed quid ego hęc arcana homini imperito & Capharnaitæ Thaddęo, corporis solū Margari- curi habēti, vt ei⁹ fert professio, mysteriorū tas nō eſe scripture, q̄ Christi⁹ scrutāda monet, ignaro, porci sparcōtra Christi Domini & Apostoli instituti- gendas, ne onē explicō! Sanctū enim nō est canib⁹ dā- que sanctū dū, nec Margaritæ porcis spargendæ, haud dandū ca- autib⁹ nibus.

dubiè vt Thaddæus naturæ peritus noui-
dum vento occiduo flante, à conchis Gad-
tani freti concipientur, dona cælestia scri-
pturæque mysteria, hominibus carnalibus,
ne vilescant, aut ab impijs rideantur, mini-
mè communicanda esse vt significetur. Sic
D.Paulus Corinthijs infirmioribus, ob sto-
machi imbecillitatem, nō solidos cibos, sed
lac præbuit, sapientiam interim inter perfe-
ctos loquens.

*Secunda hu-
ius defensi-
onis pars.* **Q**Varnus non temerè mysteria
cum S.scripturæ, tum aliarum scienti-
arum retegenda & reuelanda, sed filijs sci-
entia solum, vt haec tenus Hebreis, Aegyp-
tijs, Babylonij, similiter Pythagorais, &
Arcana & Cabalæ Iudeorum peritis vistatum, com-
secreta sci- entiarum municanda senseram: tamen me imperiti
nō temere hominis, hæc rara vt profunderem, Luthe-
reuelanda ranicæ scholæ sectatoris, scripturæque in-
terpretis insulsi, temeritas & audacia vicit,
qui me, licet neque ipsum, neque ullū mor-
taliū lēsissem, pro veritate, p antiqua, ac ve-
neranda, patriæ Romanae Ecclesiæ conser-
su approbata religione concertantem, indi-
gne ac contumeliosè, non sine graui iniu-
ni,

ria (quem dominus increpet) tractauit: hac
 sola causa, quod Ieremiæ Prophetæ vatici-
 nium: *Ab Aquilone pandetur malum super omnes Causa, qua*
halitaires terræ: cùm historice de Tribu Iu-
da & primaria eius Gentis vrbe Ierusalem, à
Chaldeis sub Nabuchodonosor inuaden-
dūtelligatur; per Analogiam seu concor-
dūt ad Ecclesiam Romanam, per domū
Iudeæ & Ierusalem mysticè adumbratam,
referre ausus fuerim: & ex consequenti, Ec-
cclie Romanæ inuasores, eiusque hostes in
partibus Aquilonaribus habitantes, Euro-
pici scilicet, per Chaldeos Synagogæ, ad-
umbratos fuisse Analogicè, scripto publi-
co affirmauerim. In eo quid à me peccatū
fit, ex ijs quæ de Analogico Scripturæ &
Prophetarum mystico sensu diximus, præ-
terquam quod iam calumnias temerarias,
qui sim pudenter in me Thaddæus euomu-
it, confutare & retexere aggrediamur, cor-
datus lector facili negotio intelliget: vt Tha
ddæi non sine graui calumnia idcirco me
impostorem ac fycophantam appellauerit, habentur.
meumque scriptum in vniuersum reiecerit.
 Si incolaplus sum, dum errare & labi ho-
 minum sit, quod sub ætherea regione no-
 uum

Thaddæū
 ad calum-
 niandum
 moueris.

Thaddæi
 calumnia
 sui scripti
 folio 122.

MYSTICI AQVILONIS

uum istud sydus fulsisse existimauerim : is error cū multis & peritis simis mihi cōmuniſ fuit, vt nō ea cauſa aut calūniator aut ſyco-phant a atrocī lane iniuria appellari debue-

Aristotelis rim. Ab Aristotelis ſummi Philoſophi, natu ſententia re ſcrutatoris eximiij, doctrina nō temere re- de cometis. cedendū putabā: cū nouū sydus in dies ſingulos diminui & extenuari animaduerterē. Id enim æthereæ regioni adamantine, per- petua, & ſtabili, conuenire, Phyſicis ratio- nibus Philoſophiæ ſtudioſis haec tenus p- bari nō potuit. Quod Philoſophorū princi pem, & vniuerſam ſcholā Peripatheticā ha- ec tenus fugit, id mihi homini iā vix virilem atatē ingredienti, & grauibus ſtudijs occu- pato probro verū no debuit. Nō puto hec Thadēū mouiſſe: ſed, ſi verū fateri voluerit, quod ſcolā Lutheranā acrius cōſtrinxerim. Hinc. n. occaſione ſumpta, quo meā in Iere miæ vaticiniū interpretationē grauius & ve- riū refutauiſſe videretur, libellū meū vni- uerſum, tanquā nullius genij, vna cū noui ſy- deris explicata ſignificatione reiçit: quā ta- mē p ſua ſentētia magna ex parte appbat.

Quo vero manifestū fiat atq; clare cōuin- catur, quām contumeliosē & indignē con-

tra leges ac omniū populorū consuetudines, à Thaddæo, neq; læso, neque laceſſito, tractatus & exagitatus ſim, in me effusas ve-
rius, quia ſcriptas caluniās diuerſo caraetere,
quo amea deſenſiōe internofci poſſint, no-
tauſ hic adiūgā; adiūctas, quo apud oēs de
cauē mea æquitate, Thaddæi verò malitia
conſtet, veriſſime diuīa. Sic enim habet.

Incidentiam forte fortuna in librū Theodori Gra- Verba Tha
minei Coloniensis de hoc ipſo negotio (vt titulus præ dei, que ſui
ſerentur) lingua vernacula ſcripcū: magnum illum ſcripti fol.
quidem, ſi numerum paginarum quiſ ſpeclet, exigui- 112 linea
um vero, ſirem ipſam expendat. Nam cum de no-
vo hoc fidere ſcribere inſtituſet, pauculas de eo pa-
gellas conſumpſit, ac tenuiter iejuneq; ſatis. Infarcit
Grammatem juo iſti libro plurima & varia, vt vniuer Tēpus, quo
ſu liber nomine Quodlibeti aptiſſimē inſcribi poſ- primū no-
uū hoc ſy- fit.

Circa Nouembriē Anni 1572. inuifato lu-
mine inter cali ſeptētrionalia ſydera fulgen-
teyanæ de eius euentis exortæ ſunt docto-
rum hominū conieſtationes: quarū alię ty- De hoc ſy-
piscicuſe, aliae calamo ſcriptæ poſsim circū dere ſcrip-
ferbantur, vt Cypriani Leouiti, Caspari ſere
Peuceri, & Gerhardi Mercatoris de nouo 1. Leouiti.
hoc ſyderi ſententia. Eorum qui typis ex- 2. Peucer.
cuſo ſcripto ſuam mentem declarauit. 3. Merca-
tor.

- sent, primus fuit, quod equidem sciam, D.
 4. *Gemma.* Cornelius Gemma: postillum Erfodiensis
 5. *Pictor.* quidam pictor: meum scriptum iam prae-
 Erf. cōmissum quotidie expectabatur. Cui suc-
 6. *Grami- nus.* cessit Postelli prognosticū Rabbinicum &
 7. *Postellus.* Acthiopicum. Hisce in hominum manibus
 8. *Diggesa- us.* verlantibus, prodeunt Astronomicæ obser-
 9. *Ioā. Dee.* uationes duorum insignium artificū, Tho-
 10. *Auctor.* Hyeroglyphica noui luminis significatione
 H̄. in omnium manibus versante: Italos & His-
 11. *Raimu.* panis suis etiam Oedipis nō destitutis. Post
 Italos. omnes hos Dēdalos, tandem circa nundi-
 12. *Munno-* nas Francofordianas autūnales Anni 1574.
 sis H̄sp. prodijt Thađdæi, Apollonij Esculapij ne-
 13. *Paulus.* potis, vaticinatum insigne fermētatum opus,
 Fabricius. quo aliorum inuenta, Gr̄ecorum mort, ma-
 14. *Thad- denus.* gna sibi gloria applicans, eos à quibus ope-
 ris sui acceperat præfidium, onerare ac calū-
 nijs proscindere cepit: & me seruulum, vt
 cum Terentio loquar, quem referire non
 audere male suspicabatur, multauit usque
 Hitres à ad necem, & miseram illam psaltriam Itali-
 Thaddeo cam, Raimundum philosophum scilicet, ge-
 notati siō minatis in ipsum plagis penè occidit: & ob-
 mutuo sola ortis lachrymis, commiseratus Erfodiensis
 tio sunt. dicto-

pictoris veluti mechanici sortem, quasi Lazarus quattiduano funus duxit, iusta illi extremitati faciens. Verum ubi ille reuixerit, oculis donatus Latinis, bene depexu ac dedo latum coloribus varijs, ut eius fert industria, tibula nobis ad viuum deliniatum Thaddæus Trasonicum exhibebit. Censorem igitur Thaddæus temerario ausu eorum omnium, qui de novo hoc sydere scripsissent, scipium constituens & declarans, me, ut eius verba huc allata arguiunt, grauiter læsit, me seu Bomum, libellū cum tamen nihil aliud contineat, quam quod ad cometarum luminisq; Plauti, apparentis naturā, & effectum indagandū, referri possit, Quodlibetī nomine inscribit ac maledicere pergit.

In eo enim, ait, præter ea, quæ de stella commentatus est, & Sphaera circulos tradit & cælestes imagines ex Hebreorum (ut ait) fontibus novo modo explicat, & cometen illum anni 56. describit depingitq; & de primaria Romana Ecclesiæ disserit & cum Larvius pugnat, & scripta dictaq; aliorum calumniatur.

Sphaerae circulos & Cometen anni quinquagesimi sexti, hemisphærij septentrionalis occasione, alioqui ob sitū inusitati lumen vacuum describendum, motum Cometarum

Thaddæus
Traſo Te-
ren. siue Po-
limachero
placides,
seu Bom-
acides

Causa qua
re fitus Co-
metæ Anni
1556. descri-
ptus fit.

tarum inæqualem ut declararem, quo aliter
ille, atque hoc lumen ferebatur, in studiorum
gratiam descripsi, id repræhensione mi-
nimè dignum existimans. Cœlestes imagi-
nes ex Hebreorum fontibus quod explic-
arim, non calumnias, sed inuentionis condi-
gnam mercedem, nominis celebritatem ex-
pectas, opinioe mea frustratus fui, dū Thad-
dæi mordacitate propterea, suis etiam pro-
prijs scriptis eius oblatrante conscientia, ri-
dear. Cum olim tabularum & idololatriæ
venenum, singendi mentiendique studium
ita infecerit Græcos, ut in lucem ea, quæ ab
Orientalibus purissima accepere, conta-
minatissima emiserint, ac cœlū ipsum fabu-
lis omnino oppleuerint, ipsasq; cœli, quod
maximè est, & subsistit, configurationes, re-
bus, quæ aut nunquam, aut vt plurimum in-
dignissimæ fuerint, depinxerint: à mense pec-
catum est, quod præclara cælo adhærentia
lumina figuris Scripturæ notissimis, pietatis
zelo motus, exprimere conatus sim: ea ta-
men lege, vt formæ veterum figurarum, &
Astrologica eiusdem studij artificibus sum-
mis usitata significatio minimè violaretur?
Quæ inuentio licet non incomoda Thad-
dæo

Aevidenter debuerit: tamen exhibilanda & somnante excipienda ab eo fuit, quod non a sumptato aliquo Ephratae aut Samaniso, sed a spiritualis Iudee seu Iero-solymæ ex Catholico primum adiuventa & declara-
tur; qua tamen ipse folio 103. vti ut.

Quod verò me, dum contra Lutherum agui, cum laruis pugnare existaret, vehemē-
ter erat: dum Lutherus in suis laruatis di-
scipulis in hanc usque dicim, calcaneo & vni-
guis equi, mystici corporis Christi membris remanserat, infidem struens, terriculam e-
retribuens: cùm interim qui firmiores in si-
defunt, eorum ineptias & imposturas intel-
ligint atque derideant. Sed pergit Thad-
deus in eptire.

Maliōs etiam ac persidē sub nomine Sennache-
tū Nabuchodonosoris, Antiochi, ac aliorum, Christi-
ani Principes criminē heresios ac Tyrannidū no-
nat, quodque illi sint persecutores Ecclesie Dei, diser-
timat. Dicit enim Septemtrionem semper di-
ram & recrabitur fuisse Ecclesia Dei, ac Sep-
temtria matrem esse Saxoniam, filias vero Mag-
deburgum, Brandenburgum, Misniam, Me-
chelburgum. &c. quos omnes accepisse dicit spi-
ritum venientium contra Dominum: demique, præ-
texta significationum huius stellæ, multa com-

*Nota. dum
Lutherus
taxatur,
omnes eius
seculares
facile re-
prehendunt.*

miniscitur, scelerateq; ad suam virulentiam obtege-
dam abutitur sacrarum literarum testimoniis.

Quod Thaddaeus me Tyrannorum Synagogue sub nomine, Christianos Principes, velut Ecclesiae Dei hostes, constringere affirmat, ipsi rationi repugnare videtur. Christianum enim esse, & Ecclesiae Dei hostem, nullo pacto conueniunt, ne dicam in Heroas & Principes viros haec pariter incidere posse, nisi ille Christianos Principes, quos haereticos appellare debebat, & Tyrannos, siue Ecclesiae Dei hostes, Romani Imperij Imperatores, Reges Catholicos, ceterosque Principes nominauerit. Quod ut credam, alia calumnia Thaddaei facit, qua per caput Medusæ, Sydus Meridionale, vulgo Diaboli vocatum, & Canem occiduum in eas mundi partes, Europæ potiores Heroas non obscurè perstringit. Iliis vero duobus summis Christiani orbis capitibus, quem Theomachos illa & Vesana Bestia Apocalypticæ, vitulo Ieroboano in Dan que holo caustum offert, addendum putauit, eius carmen, quod folio 127. habetur, intelligenter & viris cordatis innuit. Tu vero, inquit, Herodes sanguinolente time, vt non ego

*Thaddæus
Catholicos
Principes
Tyrannos
& heretici
os notat.*

ego Christianos Principes, sed Thaddæus,
cum adulatoriis illis suis, Tyrannidis &
hatredos non dico accuset, sed reos faciat.
Quodverò ait me septentrionis matrem Sa-
xam facere, filias Magdeburgum, Bran-
denburgum, &c. malitiosè ac fraudulentè
exum agit, non ut virum bonū decebat,
in quo iuuenilis ardor nocendi cupiditate
figrans, iam extintus esse debebat. Verba
enim non mea, sed Abbatis Ioachim sunt,
qui super Esaiam parte prima de oneribus
Iusti cponis expressè inquit: (ut in meo lib.
fol. 99. v. 7. & in margine ad verbum latinè
citaueram.)

Futurum est, ut Ecclesiam Romanā
in partibus Occiduis constitutam, Teu-
tonicorum potentia conculcet. Nam si-
cūt peccati radix Antiochus, finem Iu-
daicis dedit Historijs: sic Imperio perdi-
tionis filius praelijs Germanorum. Nul-
lus enim populorum legitur ad tantam
amaritudinem perduxisse Romanā Ec-
clesiā, sicut domesticus Alemanus. Ab
Aquilone Germaniae illa pandetur hæ-

ressis & afflictio, quæ nō solum inuoluet
reprobos, sed & electos afficiet tempo-
ribus præfinitis. Huius Aquilonis
mater est Saxonia: filiæ verò Mag-
denburgum, Brandenburgum,
Misnia, Mechelburgū, ISLEB I-
VM, &c. leuantes contra Dominum

Nota pa-

triam Lu-

spiritum pestilentem.

Iheri, ante 350. & am plus annos prædictam. Hxc Prophetia cū circa annum Domini millesimum, duecentesimum ab ipso Abba- te scripta sit, impudenter & temerariè mihi à Thaddæo imputatur. Pergit Thaddæus.

Ego, inquit, qui hacenue pro veritate cum quibusdam de hac stella placide & cura anni emer- lentiam depugnauī, huius quoque Graminae scripta ex sylvestri & inculto gramineto hanita, haud quaquam silentio prætereunda existimauī. Princi- pio que de stella scribit, nouam eam esse censens, non habet in quo à me reprehendi posse, nisi quod existimauerim ex officio suo, qui Astronomia Professorem illic agat, potius observationibus & demon- strationibus Mathematicis suam illam assertionem & alia, quam caballisticis futilitatibus fulcire deb- esse.

Quid si tibi Thaddæe concedam,

*me-
um*

um graminetum sylvestre fuisse & incul-
tū, vnde meus liber deceptus, vel potius a-
vulsum, ut non tam verbis elimitus, quā
variorū rerum cognitione, licet tibi fer-
mentato sordeat, refertus resplendescat!
Paulus Apostolus nouorum dæmonū an-
nunciator ac *πρεμόλογος* ab Atheniēibus
Philosophis per contumeliam appellatus
est. Sic ego Thaddæo Graco, quem & Græ-
ca apostatricis Ecclesiæ fidem cum Luthe-
rana sua Saxonica Schola sectari existimō,
sylvestris & incultus vocor. Paulus li-
cet sermonis se fateretur imperitum, sci-
entiam tamen rerum æternarum & ad
hominum salutem pertinentium sibi me-
ritò tribuebat. Quodquidem mihi non *Nota*, *Gra*
arrogo: non tamen nego à puerō me *minacī* utri
veritatis inquisitioni atque scientie, non usque stu-
tei nummariae, vt nunc sunt hominum *dij* diuersi-
mores, sedulò deditum fuisse: adeò ut *tate conf-*
non facile ijs, qui mecum in literaria pa-
lestra adoleuerunt, palmam daturus es-
sevidi possim: licet Thaddæus proble-
matum & Theorematum Euclidis, quoru-
finis mundanarum figurarum contempla-
tio est (ne cum Eudoxo atque Archyta
derata,
Thaddæo
non cesu-
rum.

artem liberalem polluamus) ac triangulo-
rum sphæricorum cognitionem temerè &
finc examine in me requirat. Magis enim
me pro temporis vſu, vulgarium hominum
captui, in quorum gratiam scriptum de Co-
meta vernacula lingua exarauerā, noua hac
Caballistica enodatione, quam Mathema-
tica subtili demonstratione, gratificaturū
sciebam: quæ quidem subtilis demonstra-
tio ne dicam ab illiterata multitudine, verū
etiam ne à doctis quidem & majorum fa-
cultyatum peritis, sed solum à summis artifi-
cibus, Mathesin ipsam profitentibus, sitie-
tatio & molestia legi, ne dicam intelligi po-
terat: Ut etiam Thaddæi scriptum doctri-
nale, duobus exceptis capitibus, decimo
quarto & quinto scilicet, vulgariter doctis
inutile esse censeatur. Vtunque enim, stel-
lae demonstrationem eiusque significatio-
nem, quiduc minitetur, vix folio uno, noui
nihil adferens, declarauit. Ut magis Anglia
artifices summi commendandi veniant,
qui dum in altero sc̄eliciter versati sint,
ab altero in vniuersum abstinuerunt. Sed
Thaddæum porrò delirantem audiamus:

Quæ vero, inquit, de significationib⁹ stellæ profert,

in eo magis affectum suum prauū, quam rectū iudicium sequeridetur, quem tamen malitiosē obuelare conatur sacrarum literarum testimonijs falso & inique detortis.

Thaddæus, dum de hac stella meum iudi *Thaddæus*
 ciam redarguere non posset, nec haberet in *cum in iu-*
to quod reprehenderet, affectum solum in iudicio Astro-
me prauum notauit, quē adeò malitiosum logico Gra-
*elic sibi persuadere ausus est, vt etiā se sacraū *mīnō* con-*
*literarū testimonijs falso & inique detortis, sentiat, ei**
velut ouina pelle, & Angelicæ lucis veste spi-
*rituali tegere & obuelare studeat. O facinus *affectum**
solum im-
audax, quod homo impudēs facit, qui scele-
ris, cuius ipse iam à multis annis Ecclesiæ &
Orthodoxorum Patrum auctoritate seu
iudicio condénatus est, me innocētem insi-
mulare studet; iudicium inquā meum, quod
um chartis inhārebat, Astrologicum dum
reprehendere non posset, affectum solum,
quem ne coram quidem in me animaduer-
siſet: cum, dum nulla corporis lineamenta
prodāt, audacter & temere reprehendit, su-
perioribus hæc acerba adiungens:

Que nefaria fraus & impostura vt euident &
perspicuafiat, hic pedem figamus oportet, idq; tam o-
studioſius, quanto nobis carior esse debet pietas & ve-
ritas, ac sacrarum literarum incorrupta auctoritas.

*Non persequar autem omnes eius inceptias ac syco-phantias, sed solum summa & precipua. Probare nō titur, septentrionem incolaq; illius perpetuō suis-
se & etiamnum esse meridiei, hoc est, Ecclesie Dei
infestos, ac polo Arctico attributae esse Vrsas & Dra-
cones, ad designandum, inde exorii uros esse vastato-
res & Ecclesiārum Tyrannos, quos significari dicit
per Vrsos & Dracones. Hoc ut adstruat, colligit quid-
quid uspiam de Vrsis in sacra Biblis proditum est.
Verum si quis omnia ea testimonia accuratius expen-
derit, calumniatorem Gramineum fatebitur.*

*Si Thaddæus pietatis ac veritatis & incorruptæ sacrarum literarum auctoritatis amore, ad mea diluenda commotus fuisset,
non tam leuiter ac cæco iudicio à me addu-
cta reiçere debuisset: cum Benedictus Arias
Montanus (cuius iudicium & auctoritatē
tantifacit, ut suas per laudes parasiticās ma-
gnam ipsi iniuriam inficerat) in suo Appara-*

*Arias Mon-
tanus in Ap-
paratu Bi-
blico: ad
verb. Meri-
dies, vbi de
mundi cas-
tinib; & adiungens:
vēris agit, am,
Ego dico, Septentrionem perpetuō suis-
& etiamnum esse Meridiei, hoc est, Ecclesie
Dei infestam: Arias Montanus ait, Meridiē
rem clarissimam & maximè conspicutam in
dicare S.S. E. scripture authoritatem hanc
Et deducet quasi lumen iustitiam tu-
muit tanquam Meridiem. Per
has*

has literas in ipso Apparatu repertas, interpretatione scripturæ adiecta congruente, nihil aliud significari existimo, quam SANCTÆ SEDEM ECCLESIAE. Temere igitur ego caluniator vocor, cū idē sentia, quod ille, cui Thaddæus tantū tribuit, ut hæsitabundus dubitet, num Diuo Augustino cæterisque Ecclesiæ Doctoribus si- nistrum, num verò dextrum latus claudere debeat: dum cum illis pari lance conferendum esse temerario auctu iudicet: ut hac cau- sineque calumniator, neque Sycophanta iniuriose compellari debuerim. De Vrisis Septentrionalibus quod scribit, in eadem etiamnum sententia persisto, ut paulò pōst sentiet. Verūm dum cum Cicerone aucto- re, qui semel verecundix finis transgres- sis, gnauiter impudentem esse oporteat, su- perioribus sequentes has calunias Thad- drus annexat.

Nam neque ex citatis à se locis, neque ullis alii Thaddæus
is, (quod equidem sciām) deprebendi potest, vt ex Medico
Vrasarum nomine Ecclesiarum persecutores deno- repente sit
tarentur. Neque Teglathphasarem, neque Salma- Theologus,
nafarem, neque Nabuchodonosorem, neque Senache
ribum, neq; Nabusardam, neq; ullum Ecclesia Dei
hostem

hostem, scriptura r̄spiam Vrsum aut draconem appellat. Per ap̄tos autem & lupos sepiissime Tyranni Imitetur & populi Dei hostes figurantur. Peritiores Theologi Thaddeus etiam ex modernis, ex quorū numero verè princeps in fide, quē est, & meo iudicio quibusuis antiquis Ecclesiasticis tantopere scriptoribus pr̄ferendus, aut saltem pari lance laudat. ferendus Benedictus Arias Montanus, quadruplicem significationem Vr̄orum ex sacris Biblījs in suo Apparatu Regis Biblījs adiunctō h̄asit, nulla persecutorum Ecclesie mentione facta. quem qui volunt, videre poterunt.

Thaddæus, ut appareat, omnem suā Theologiam acceptam refert Benedicto Arias Montano, & ut eius Apparatus Biblicalus nō ita diu hac forma in lucem prodijt, ita & valde recentem Theologastrum eundē Thaddæum esse conuincitur, qui illud omne reprehēdere videtur, quod ab ipso Ari Montano profectum non fuerit: non intelligens Apparatus illam partem esse Rabbinicæ, & non Christianæ Theologie. Ut autem intelligat Thaddæus & me huius interpretationis Rabbinicę copiam, de qua stulte gloriat, habuisse, locum eius in medium adducam. Loco enim à Thaddæo citato hac habet. Vr̄us Tyrannidem & rapinam & Tyrāni per pr̄dā cupiditatem impotentē refert. His Vr̄os scri-

pro-

propositionem Rabbinus ut confirmet, hoc prout testis
cribatur testimonio vtitur, inquiens: *Vrsus monio desifi-
esuitus, Princeps impius super populum pauperem. gnati, in Ap-
vite huius loci interpretatione apud om- paratu Bi-
nes in confesso sit, quanta cum malitia me blico, de se-
culumniatorem vocare, cuius criminis ipse ris.*
res sit, non erubuerit. Ad extremum vero,
conscientiae propriæ moratu ea ipsi oblatrâ-
te, naturæ peritia, vt Medicum decet, vrsi
impetus intelligens, haec sequentia subiun-
xit.

Sed esto: designent vrsa & draco persecutores il-
los, ob quandam proprietatem naturæ eorum animalium:
quid dicet Grammaticus de alijs imaginibus, que
sunt Meridionaliores? Si Draco & Vrsagenitores
sunt hostiū Ecclesie Dei, cur eosāē hostes procreare
non possint Serpens, Lupus, Hydra, caput Medusa, dia-
boli vulgo dictum, & aliæ bestie non modo aque tru-
talenae ac Vrse, sed etiam ob venenum pestifera no-
centissimæque?

Monstrosa nomina virtutem non dede-
re tellis calo adhærētibus, sed effectus hor-
ribiles, frequenti artificium obseruatione
deprehensi. Atque ita ob planetariz virtu- Causæ, cur
tis in illis vim similem, charactere erronum Draco &
designatae sunt. A me igitur dum querit Vrsa proge Thaddæus, cur Serpens, Lupus, Hydra, Ca- nitores si-
put

fuit hostiū prius Medusa, nō vt Draco & Ursa genitores Ecclesie, sicut hostiū Ecclesie Dei, nū characteres placentariæ virtutis in ijs astris, similis Dracō dionatis syris & Urse, inueniunt, vt intueatur necesse dera non est. Ptolemaeus dicit stellæ maioris Urse iste.

Martias esse: qui autem cæ insignes sunt, inueniunt illud Urse plaustrum, equos retro trahens, septemplici lumine distinctum conuincit, imperiorū quod habenat rex iste haec genus. Cardanus commemorat. Draconis stellæ, iudicé Ptolemai auctoritate Saturninæ sunt & Martiaæ, atq; parvæ Iouiales, et quid efficiant, Cardanus primo Quodripartiti in hunc modum declarat. Stellæ de natura Saturni & Martis sic effissimæ sunt: uterque enim Planeta siccus est; in calore quasi si temperata: sed declinabit ad frigus, quia Saturni frigus Martis calorem maius est. Errunt igitur incolæ, quos contingat, iracundi propter Martem, & tenacis iracundia propter Saturnum, & in illa iracundia feroces & aquilaces: ea deferunt scéte timidi: propter Iouem, ad magistratus virtusq; iustitiam administrandam flagrantes. Qui quidem mores hereticis & Tyrannis humanæ vitæ perturbationibus quam maximè conueniunt. A Serpente vero, quod minus lucida in eo stellæ reprenatur,

tur, & pauciores numero: quodq; Martis ac Saturni horrorē, Veneris clemētia stellis Serpētū cōueniens mitiget; hostes Ecclesię excitari nō poterūt. Stellas n. Serpentis, qui Ophiuchiū inuoluit, nō vt Draconis horribiles essē, veterū de eo fabulā, quas Medicū diligēter anno tauris cōueniebat, arguūt.

Aesculapius. n. cū esset inter homines, & tā- *Figure &*
 tū medicina ceteris p̄staret, rescrēte Higino, *fable na-*
 vt nō satisei videretur hominū dolores le- *turas stel-*
 uare, nisi etiā mortuos reuocaret ad vitā: à *Larum ex-*
 Ioue ppter artificiū inter sydera angue tc- *pli cāt, &*
 nes cōstitutus est, idq; hanc de causa, nimirū *volunt Af-*
 cū Glaucū cogeretur sanare, cōclusus quo- *trologi.*
 dā secreto loco, bacillū tenēs manu, quid a-
 geret cogitās, dicitur anguis ad vacillū eius
 atepisse, quē Aesculapi⁹ mēte mot⁹ inter-
 fecit. Postea sertur alter anguis codē veni-
 te, ore ferēs herbā, & in caput eius posuisse,
 qua cū Aesculapius esset v̄lus Glaucus, reui-
 xit. Itaq; Anguis & in Aesculapij tutela &
 in aliis dicitur esse collocatus. Tūne igitur
 Thaddæg existimas tuū illū Dijs natū Aes-
 culapiū vnq; p̄missurū, vt serpēs ille, vitā au-
 etor q; Glauco fuerit, aut etiā alter⁹ benefi-
 cīo in vitā ipse reuocat⁹ sit, orbis intertur-
 bato-

batoribus producendis, exitium atque pernitiem hominibus ægris adferat? Ad Lupū quod attinet, preterquam quod exiguae stellas Saturninas & Martiales habeat, earumque horror à Veneris mitigetur: ipse iam confossus à veteribus intercali φαενέμενα describitur, ut canem mortuum mordere non posse, iam Aræ Meridionali S.S.E. destinatum, rectè dicatur. Hydræ vero stellæ inferioris multò virtutis sunt, quam vt Virgine aut Draconis horridis luminibus cōscriri debeant. Sunt enim Saturninæ eius stellæ, grata Veneris clementia temperatæ, vt ad eam quod attinet, illatio Thaddæi corruat. Medusæ capitis vim licet maximam admittamus: cum tamen, secundum Ptolemyū, de naturæ Saturni & Iouis sit, in truculentia cum Dracone & Vrſa, vel natura solum considerata stellarum, conuenire non potest. Hinc ergo manifestum euadit, Dracōnem & Vrſam non temere hostium Ecclesiæ Dei progenitores præ ceteris censendos esse. Sed quid Thaddæus deinceps subiungat, audiamus.

*Si quis etiam accuratius inquit, introspecterit
rum Prophetæ, quod adduxit Graminaus, cognoscet
Deum*

Deū nō loqui eo loco de persecutoribus Ecclesia Dei,
quodū perpetuū ab Aquilone sint venturi, ad oppri-
mendam Ecclesiam, sed minari solum populo suo,
quid ab Aquilonari Chaldea calamitas à Deo solu-
tareresta sit, contra incolis terræ sanctæ. Et hoc
suum sacris literis sepius Septentrio Assyriā Chal- Thaddæus
duum regionem significabat, & ipsam Regiam urbē nouo modo
Aqilonem, quod ea pars Israelitis Septentrionem literalem
resu sua esset. Interdum etiam Medium significa- scripturæ
buatione ad Babel relata. sensum du-
plicem fa-

Hanc priorem interpretationem histo- cit.
ricam Thaddæi in quo reprehendam nō ha Scriptura
beo: verum nullū aliam huius loci sensum Dei imago
esse pernego: cùm veteris testamenti libros & chara-
tam historicos, quam Propheticos non so- Æter, plures
lum carnalis Israelis, verum etiam Ecclesiæ sensus ad-
Christi cuentus velare, prima huius nostræ mittit.
defensionis parte abundè demonstratum
fit. Ut enim Patriarcharum vitæ, legis sacri- Patriar-
ficia, ceremonia, Prophetarum oracula ac charum &
ea que Synagoge typicè euenerunt; Chri- legis histo-
lli nativitatem, vitam omnem, mortem ria, Christi
denique ipsam, & gloriosem resurrectionem eiusque my-
& in celum ascensionem, ac Spiritus sancti misericordium con-
fitione significantur: ita etiò sortè ac vicissitu- pus Eccle-
dines corporis Christi mystici, Ecclesiæ scili siam præsi-
cet, queq; ei haec tenus euenerunt, & ad con- gurant.

summationem usque euētura sunt, accurā-
tius cōsiderāti patefacunt. Nō recte Thad-
dæus, malitia & amore nimio erga scholā Si-
xonicā obcæcatus, me reprehēdit in eo, qđ
ipse etiā scripturæ auētitate adhibita af-
firmat: videlicet prælens Ieremiæ Prophetæ
vaticiniū subinde ad urbē Babel referendū
esse, ac significare Babylonios Aquilonares
à Septētrionalioribus Medis affligēdos, vt
ipſi ſub Nabuchodonosor Ierusalē, eiusq;
Thaddæus incolas afflixissent. Inquit enim: *Interdū etiā
imprudens Mediā significabat, ratione ad Babel relata.* Cūm
Grammei hēc Prophetia eodem ienſu, literali ſcilicet,
sententia quem ſolum Thaddæus agnoscit (quod ta-
men nemo Theologorum approbauerit)
ad diuersæ conditionis & fiduci cōtrarias ur-
bes à Thaddæo referatur: quid vetat me eā-
dem Prophetiam, per An̄. logiam ſuperius
confirmatam, ad Spiritualem Ierusalem, e-
iusque Chaldæam, ad Babylonis onus etiā
referre? vt recte intertatur, Romanæ Eccle-
ſiæ Chaldæum à Mōscouita, aut Tartaro-
magis ad Septentrionem remoto affligen-
cum Septētrionalibus turum. Quamobrem non recte Thaddæus
ſaudera. ſequentia infert:

Quid

Quidigitur Deus peculiari prouidentia Gentem peregrinam Chaldaeos, quam ratione sisus Septentrionalium provocabat, interdum excuserit ad dimicandus & affigendum ob peccata suum populum : hac non possum similiter accommodari ad omnes alias regiones si velimus scriptura vim facere.

Neque ego dico Thaddaeo, omnes omnium nationum calamitates & afflictiones Septentrionales esse, cum plurima etiam à parte Meridionali, Orientali & Occidentali, pro di-
versitate occasionis, mundo incomoda euc Potiores Ecclesia homine soleat : circuit enim de monos nos, sicut Ihesus a Sep-
tentrione rugiens, querens quem deuoret, suos fa- tellatos & Satanicos ministros, vnde expectando
qui affligant, excitans: sed eas solum, quas Synagogas ab Aquilonaribus illatas & Pro-
phetice non sine magno mysterio prænun-
tiatis scriptura perhibet. Qualis captiuitas illa Ephraim seu decepit tribuum in Samaria, ac Ierosolymę, tēpliq; ei diruti à Nabuchodo-
noso, facta vastatio: quas cū Orientali & Cō-
stantinopolitana Ecclesia, & hęresib; Europi
corū Septentrionalium in Romanā Ecclesiā ir-
ruerit, & ipsi cōuenire euēt docet. Mala n.
illa licet hęc ex parte senserit: extremę tamē afflictionis tempore, magno illo Antichristo iā

52 MYSTICI AQVILONIS

aduentante, horribiliora & magis atrocis patietur, ut scriptura non vim inferre, sed eam merecere interpretari existimem: licet stulte inferre perga Thaddæus,

Et nūc Christianitati quā magis infestus, quā Turcus, qui nō versus Septentrionē, sed versus Orientē & Meridiē situs est. Quid? quod in sacris literis aequē Septētrio vt Auster tribulationē significat? Sic Esaie 26. Deū spē a Septētrio, r̄mbraculū a Meridiē vocat. Nō minus aburitur Gramineus eo dicio Prophetæ dicentis: Ab Aquilone pandetur omne malū: quasi Aquila Meridiei, id est, populo Dei, vt ipse interpretatur, perpetuo eis debuerit infestus.

Hæc Thaddæi meam interpretationem non tam eneruant, quām corroborant & confirmant: cum Turcus non ex Persia aut Arabia vel Aegypto, aut ab extremitatibus Africæ, vbi caput bonæ spei est & Troglo-dyrarum habitatio, sed ex Tartaria, loco quām maximè Aquilonari primū in Afīā, deinde in Europā mare transgressus venerit: vt de rebus Turcicis & Ottomannorū origine historiæ docent. Ut mirum in modū Thaddæi simplicitatem aut obcæcatam potius ruditatem mirer, qui meum graminetū veribus & dumis oblītum adeo existimuerit, vt moly herbæ nullus planè locus reli-

ctus

Etus sit, cuius præsidio tanquam Mineruæ symbolo, stolidissima sibiique repugnantia argumenta refutare possem. Quod autem *An Esaiæ ait, Septentrionem ut Austrum tribulatio-* locus a nem significare, (puto rectius ipsum dicere *Thaddæo voluisse, Austrum ut Septentrionem*) id- *recte sit ex-* que Esaiæ Prophetæ testimonio: quid hic *plicatus.* dicam nescio, num studiosè & data opera me illudere studeat, an verò simplicitate & errore lapsus fit: cum locus à Thaddæo ci- tatus 26. Esaiæ minimè reperiatur: neque vñ- lis interpretum cum, ut hic Thaddæus com memorat, Latinè reddiderit. Vicesimo quinto autem capite Esaiæ, versu quarto ita legitur, *Quia factus es fortitudo egeno in tribulatione, spes à turbine, umbraculum ab æstu:* spiritus enim robustorū quasi turbo impellens parietem. Cum hic Propheta Deum vehementer à sua potentia & misericordia commendet, miseris solatium, munum fortissimum oppressis quod sese exhibeat, taurorum cornua, tyrannorum poten- tiam impietatemque opprimēs, subiungit, Deum spem à turbine, umbraculum ab æstu esse. quod David dixerat, Deum transēutes per ignem & aquam tandem educere in re-

frigerium. Sed esto: per turbinem Septentrionem intelligamus, & per eam Meridiem: quod ventorum vehementium turbines à Septentrione, à Meridie vero, ubi solis orbita flammis cominus concremata est, ardores eius intensiores sentiantur. Tamen inde non sequitur, quod Thaddæus inferre conatur, ex quæ per Austrum ut Septentrionem tribulationem significari. Nam ubi mala, afflictio, & calamitas, quam vulgatus per turbinem intelligit, ibi spes est. Spes autem à Septentrione, ut Thaddæus interpretatur: ergo vastitas & desolatio à Septentrione erunt. Vbi vero umbraculum, ibi requies, incolumentas & salus, & ab adurente solis ardore liberatio. Sed umbraculum est à Meridie: ergo etiam à parte Meridianâ salus & incolumentas. ut nec hic scripturæ locus à Thaddæo factus, pro ipso, sed contra ipsum vehementer faciat. ut non putemus gratia meam interpretationem relinquendam esse, qua dixi Aquilonem Meridiæ, id est, Populo Dei perpetuò suisse, & etiamnum ad finem usque seculi infestum & exitiale futurum esse. Sed pergit Thadæus.

At qui Prophet a eo dicto non aliud significare voluit, quam diuini verbi imperium, vim & efficacitatem nubes oes vanitatis disficiēt, ut eruditus & pie interpretatur magnu^m ille & doct^r Arias Montanus.

Quād hic turpiter se dedit Thaddæus, quod ex verbis huius Prophetiæ probare contendat, ingenti diuini verbi vi & maximo impetu, p Enoch seu Elii Septentrionali, Saxonici Lutherū, patefactas & disiectas esse vanitates & cōmenta hominū, quibus obruta & penitus ferè oppressa erat Ecclesia Dei: textus scripturæ, eiusque literalis & historica expositio primò, deinde status Rei pub. Iudaicæ, & Regni Babylonici, superbè & tyrannice Ierosolymā depopulantis, abūde declarat: ut iste prætextus illi, quo sui Thaddæus erroris participem Benedictum Ania Mon. Bened. Ari tanū, virū de Ecclesia optimè meritū facere am Monta studet, nihil patrocinetur. Ille enim verbum num, & Ca (pandetur) quod Hebreis קְרָבֵנִי est, cum tholicū vi Xante Pagnino & vulgato interprete retinuit, ne nouæ huius interpretationis neq; falsa he per Hebraicā, neq; per Græcā Septuaginta, rescos in neq; p Paraphraſtis Chaldaicī, neq; p Xan simularis Pagnini correctam interpretationem studet, meminit, ut malè affirmat Thaddæus.

Rabbino- Quod si neglecta Latina interpretatio-
rū iudicio, ne Hebraicam sequi voluerimus, omnium
Aquilonis Hebræorum & Rabbinorum iudicio, tex-
signa, pœ- tus innuit, malum, quod antea ligatum, &
na & puni ne noceret, diuina virtute cohibitum ac co-
tionis sunt, ercitum erat, à plaga mundi Aquilonari, ob-
virga vide- sclera Iudæorum iam solutum esse, ut recte
licet & ol- dicat Thaddæus, calamitatem solutam ab
la succesa, Aquilonari Chaldæa, contra incolas terræ
sanctæ venturam, quæ per virgam amygdala-
lanam, & ollam succesam, punitionis & pœ-
næ signum, rectissimè designatur. Scriptura
enim licet varias & multiplices interpreta-
tiones suscipiat: illæ tamen perpetuò repro-
bantur, omnium Theologorum iudicio,
quæ historiæ ac textui repugnant cumque
euertunt, ut in præsentij Thaddæi interpre-
tatione vñu venire cernimus. Postquam e-
Thaddæi nim Dominus vocasset Ieremiā, ac sua ver-
explicatio- nem, Iere- ba in ore eius dedisset, eumque super gentes
mia textui & regna, vt euelleret, destrucret, disperde-
repugna- ret, dissiparet, edificaret ac plantaret, consti-
re, conuin- tuisset: in cæli nubibus signa horrois terro-
citur. risque plena, per quæ Populum Iudaicum
continuò & exemplò puniendum affligen-
dumque scelerum causa fore, arguerent, ob-
spiciens

spiciebat obiectum, ut in textu habetur. *Quare*
rit enim Dominus, Quid tu vides Ieremia? Et
Et dixit Ieremias: Virgam vigilantem ego video.
dixit Dominus ad Ieremiam: bene vidiisti. Quia vigi-
labor ego super populum meum, ut faciam illud. Et
faciam est verbum Domini secundum ad Ieremiam.
Quid tu vides? Et dixit, ullam succensam ego video,
& faciem eum a facie Aquilonis. Et dixit Dominus
ad Ieremiam: Ab Aquilone pandetur malum super Hec arma
omnes habitatores terrae. Quia ecce ego conuocabo corporalia
omnes cognationes regnum Aquilonis, ait Dominus, non nubes
& venient & ponent unusquisque solum suum vanitatis
in introitu portarum Ierusalem, & super omnes mu- disficiunt,
ros eius in circuitu, & super universas urbes Iuda, sed Ierosolymam di-
loquar iudicia mea cum ijs, super omnem malitiam eorum, qui dereliquerunt me, & libauerunt me. cap.
dys alienis, & adorauerunt opus manuum suarum. vlt. lib. 4.
Quod vulgatus interpres virgam vigilan- Reg.
tem: Xantes Pagninus virgam amygdali-
nam mature florescentem: Benedictus Ari-
as Montanus, virgam amygdali: Septua-
ginta, teste Divo Hyeronymo, baculum nu-
ceum interpretati sunt. Vulgatae translatio- Quid per
nis verba sunt Symmachi & Aquila, eode virgam vi-
Hieronimo auctore. Vigilat autem virga gilantem
cuncta peccata opuli considerans, ut per- intelligen-
ciat & corripiat delinquentes. Vnde & dum sit.

Apostolus scribit peccantibus: In virga venia ad vos, an in charitate & spiritu malitudinibus? ut per virgam adcedendum patat, in caeli nubibus Aquilonaribus apparante, penitentia ac punitionis manifestissimum signum, etiam pueris ob correctionis usum notissimum, nulla ratione Thaddaeus vim & efficiacitatem, omnes vanitatis nubes dissiuentem spirituali doctrina, intelligere debeat, nisi velit scripturam, ut mihi impingit, vim sa-

Amygdali ne Virga explicatio. cere. Quid vero per virgam amygdalinam intelligamus, post Rabbinos Iudeorum, Beatus Theodoretus super primum caput Ieremiæ explicauit. Virga porro amygdalina, inquit, indicat obscurè celeritatè vindictę. Si quidem floret haec arbor ante reliquas: ut neque haec interpretatione Thaddeo patrocinetur. Per virgavigilatè Nabuchodonosor intelligendus, tanquam executor æqtatis & iustitiae diuinæ, dum de eo Dominus loquatur per Esaiam, Vnde Aflur virga furoris mei, & baculus ipse. Quod autem per virgā interdū legē Euangelicā seu potestate diuinæ virtutis intelligamus, ut in Psalmo de Christo catur, Virga directiōis, Virga regni tui. & alibi, Virgā virtutis tuae emitte Dominus ex Syon: non patrocinabitur

Notandum, *virgā interdū pro sceptro & legis promulgatio-* ne sumi. tet Dominus ex Syon: non patrocinabitur Thad-

Thaddæo, dū in locis citatis p radio ac sce-
 pto regali polita, ex cōtraria mūdi parte p-
 ecedat. Ex Sion. n̄ exhibit lex, & verbū Domi-
 ni de Jerusalē, vt Esaias ait) ijsq; circūstanti
 iſdicnbatur, vt nō punituonis & pœnæ, sed
 mulgationis diuinæ legis & Euangelij es-
 tæ apertissimè cōstet. quod huic textui re-
 fragatur: dū duo diuersa & horribilia signa,
 ad maiore certitudinē veritatis, idem tamē
 designatiæ, ab ipso Propheta in Aquiloni-
 bus cæli nubibus cernantur. Quod si ad-
 mittā, aliquam huius loci interpretationē
 ex hac significatione virgę pmanare posse:
 ea tamen non historica cint, vt scriptura ab-
 uitur Thaddæus, sed Tropologica aut A-
 nagogica. Tropologice enim virga vigilas, *Tropologi-*
doctrina est sacraque scriptura, quæ vigilat: ca & Ana
visque dum corrigit, arguit, increpat, obse- gogica vir-
git, vt quod docet in studio, perficiat in ex- ge interpre
templo. Anagogice, virga vigilans Spiritus tatio.
 sanctus est, de qua, Virga oris eius, id est, Spi-
 ritus Christi interficiet impium, id est, diabo-
 li. Quod aut̄ textus dicit, *ellī succensam ego vi-*
des, & sc̄c̄t̄ eius à facie Aquilonis, Aquilonis vo-
cabulā Hebraicum וְz est, qd̄ paraphrastes Aquilonis vocabulū
 Chaldaic' retinuit, & vt Mūsteri' explicat, gnisicer.
 nomen quid Hebrew

nomen vnius de quatuor mundi plagiis Septentrio siue Aquilo est: significat quasi locum obscurum, vastum, desertum & defolatum, ut vocabuli etymologia innuit. Per ollam succensam Beatus Theodoreetus Ierusalem, & per ignem Regem Babylonium intelligit. Ab Aquilone igitur, in quem Babylon sita est, respectu Ierusalem, quam etiam diuinus Ezechiel ollam appellat, & incolas eius carnes: ex arde sc̄ēt mala super omnes habitatores terræ, vel terræ Iudæ, vel cer-

Nota Diau tē vniuersæ terræ, ut Diuus Hieronymus in Hierony- terpretatur, ne Thaddæus me scripture vim *mum cum* facere clamitet, locum Apocalypses, v̄c su- Gramineo per omnes habitatores terræ, in eam fentent sentire. tiam in commentarijs adhibens.

Verum ne Thaddæus existimet, interpre-
tationem huius loci nouam esse, & nunc pri-
mum ex sylvestri meo gramineto auulsam:
quid de ea Abbas Ioachim sentiat, qui tri-
um Pontificum obedientia in Apocalypsim
commentatus est, & ad instantiam Henrici
Sexti Imperatoris, super Ieremiam Proph-
tam scripsit; mihi hic explicandum erit, quo
tandem omnibus innotescat, indigne &
contumeliose, non sine graui & atroci iniu-
ria me

riame à Thaddæo, non ut hominem, sed ut nocentissimum pestiferumque reptile, suū venenum ac virulentiam, magno humani gentis detimento quod diffundat, tracta tū esic. Quod ferendum æquo animo esse custimastem, nisi eiusdem fermenti homines, per Thaddæi calumnias, patrocinium aliquot erroris affulsiſſe sibi persuaderent, suumque Prophetam, (Lutherum intelli go) sacræ scripturæ oraculo approbatum falso in animum inducerent.

Sed ad Abbatis interpretationem ve- *Abbatis Iō* niamus. Quid tu vides Ieremia? ABBAS. achim in Ie Pastores erant super gregem suum vigilan- *remia locū* tes, vtinam noctis procellos & surgentis ob- *interpreta* seruent custodias Prælati huius temporis, *tio.* necos leo Reipub. glutiat, lupus perfidæ nationis diripiatur, pardus hereticæ conuen- tionis cuertat. Minatur Deus implere, qđ Propheta speculatur & videt, vt flagellum scilicet adducat triplex in perfidos, qui fidē tantum Dei Francorum peruersitate corrū- pūt. Virga ergo *vigilans* est futura tribulatio, quam Deus per prædicatores annūciat, vt saltem conuertantur & viuant. Sed cum ad- scandunt iniquitates usque ad celum de no- *uo*

uo gurgite Babylonis, ira Dei ruet in filios
diftidentiz. Doctores enim vigilant imple-
re Verbum Dei: Et tu pastor & idolum dor-
mitabis, gregem Dei quasi mercenarius de-
relinquens? Esto igitur vigilans, ut que mo-
ritura sunt pecora, in vita conserues &c.
Ollam succēsam ego video. Verè domine omnia
iudicia tua æquitas. Primò Prophetæ præ-
dicatio traditur, secundò virga cōspicitur,
tertiò olla succenditur. Hæc fuit illa tria in
Prophetæ alterius volumine volanti descri-
pta, scilicet carmen lamentationis, & Væ vo-
lumen istud, de Iudea volauit ad gētes, idē-
que volandū *est in futuriis prædictoribus
*f.volabit. ad populos infideles. deinde pluribus inter-
iectis, sic ait. *Sed ab Aquilone pādetur malum &c.*

Ecclesia qui a generalis Ecclesiæ, que est Romæ, in A-
Romana quilonis partibus sedem fixit, non immatri-
ab Aquilo- quito vnde creuit in gloria, inde præstolatur &
nari bus , a pœnâ. Imperatores siquidé Reipublicæ, o-
quibus locu sim p Christo paupere suæ dignitatis tuni-
plet at a fu- cæ exuentes, induerunt cum quasi nouū ho-
it , affligen- minem in Sylvestro. **Nunc autem** necesse
da. est, vt nudus ab ijs & succinclis Petrus
effugiat, & mittat se summus Pontifex

mano

in angustia temporis spoliatus bonis temporalibus & filiis captiuatus, in mare gentium surgendarum: ut vnde opū & diuitiarū egressa sunt fluminia, illic per angustos meatus in diectionem Ecclesiæ reuertantur. Sed nec hoc obstat, quod sequitur, vt iterum fluant: quia post illius Regis iniqui iacturam mirabilem, in Pharaone & Antiocho designatam, excoquetur scoria Ecclesiæ meretricis in Oolam & Oolibam, Latinam & Græcā Ecclesiā bipartitæ. Ab Aquilone ergo pādetur omne malum super habitatores terra &c. Ici licet à Prælatis & quasi à parte reproborum, super Ecclesiām sive mundum. Nempe pastores ad Aquilonē, doctores ad Orientem, virgines ad Meridiem, martyres ad Occidentem sua fixere tentoria. Bene ergo culpa à Pastori-bus deriuatur ad alios: quia necesse erat, ut à sanctuario cædes inciperet, & sic suspensis in patibulis capitibus populorum, ira Dei defauiret. Inde Ezechiel, *Ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone.* Saluis intellectibus alijs in suo loco seruatis, pro cursu nostro sic sufficiat exponi.

*Ecce ventus turbans, id est, tentatio turbans
subditos ab Aquilone Praelatorum ve-*

*Nota Lu- niebat & veniet. Hic est spiritus super-
thernum e- bise, à frigidis mentibus, quasi ab Adā,
iusque do- qui in paradiſo cum Saturno refriguit
Arme fra- & ab incendio charitatis, turbas & mo-
signari. uēs corda simpliciū à vitæ rectitudi-
& quiete, ad curas sacerularium inqui-
etas, & nubes magna nequitiae, quæ operit
omnem terram, & ignis iracūdias eos inuol-*

*Aly atque uens. & post multa sic ait. Moraliter Aquilo
alij eiusdē est mentis acedia, à qua procedit omnis ma-
litia prœui operis, super habitatores, cogitationis
Ieremie vaticinij scilicet, terra, id est, carnis. Tropologicè, Aqui-
lo, doctores hæretici vel magistri, & Philoso-
phi mundi huius in cisterna literæ occiden-
tis, scilicet doctrinæ sacerularis, sua malitia a-*

*animā frigidam facientes. Inhabitatores terre,
id est, Ecclesiæ denudandæ. Ve ijs, qui facies
sue conscientia ad tales Aquilones obiici-
unt, & de quorum scientiarum flatibus suc-
cendi cupiunt, scilicet edoceri. & infra. Ecce
ego cōuocabo omnes Reges Aquilonis & cognationes
corum. Primò loco contra Ecclesiam & pte-*

Nota, Ale-

latos

latos adducendi sunt Reges & Princi- *manos Ec-*
pes Alemanorum, & erigent sedes *clesiae De-*
suas, scilicet statioes, in portis Pre- *infestos fo-*
latorum, & Ecclesiaru etiam sub- *re, multo*
ditarum. Secundo loco, ipsi Prælati su- *ante prædi*
perbi contra Catholicam dignitatem & A-
postolicam Sedem conspirabunt, vt eorum
superbia non solum portas clericorum de-
iciat, sed etiam ad Deum semper ascendat.
Tertio loco, sunt Saraceni & alij filij, alias
falsi Christiani, venturi & insurrecti contra
Imperium & populum Christianum, vt
si fieri posset, inducantur etiam in errorem
electi, designati in portis Sion, scilicet Ec-
clesiae generalis. Quartò loco, contra Reli-
giosas mentes & pœnitentes conuersasque
ad Dominum de Aegyptiacis moribus sæ-
culi fugiendo, Reges principalium vitiorum
insurgent *cum cognationibus suis*, scilicet alijs
vitij innumeris procedentibus ab ijsdem:
& spiritualiter, contra Religiosos, qui se
propter regna cælorum sanctificarunt Do-
mino. Hactenus Abbas.

I nunc Thaddæe, p̄suade ijs, qui hæc dili-
genter, omni affectu & præjudicata opini-

E one

ne se deposita legerint & expenderint, impeti-
 tos rerum in fraudem pellicere dum facile ti-
Lutherus bi fuerit, Lutherum, quem quidam vestrum
suis tertius Heliam vocare non erubescunt, ad fortes
Elias. pollutæ ac contaminatæ Ecclesiæ Romanæ
 repurgandas, hac Prophetia, ab Aquilonar-
 ibus mundi partibus diuinitus euocatum
 esse. Quod si pudore forsan confusus, hanc
 verborum tuorum sententiam esse neges,
 tua verba illatiua, quæ sequuntur, omni-
 bus bonis & cordatis examinanda hic ad-
 scribam.

Sic igitur, iuxta Prophetam, à Septentrione ingen-
 ti diuini verbivi & maximo impetu disiectæ sunt va-
 nitates ac commenta hominum, quibus obruta ac pe-
 nitus serè oppressa erat Ecclesia Dei.

Ieremie Quæ verba nihil aliud innuunt, quam
verba qua- Lutheranam hæresim, Ecclesiæ Catholicæ
tenuis in Lu Romanæ doctrinæ vanitatis & errorū in fi-
therū qua- de recte arguere. Verba Prophetæ huius
drent. Luthero cōuenire nō nego: nō tamen ut resor-
 matori, sed deformatori, & si mauis cuerso-
 ri, ut Abbatis interpretatio clarè cōuincit,
 cū ab Aquilone malū, à Prælatis scilicet, &
 à parte reproborum prodire super domum
 Dei, tanquam tentationem turbantem
 subdi-

subditos, affirmet. Inquit enim : Hic est spiritus superbiae à frigidis mentibus, quasi ab Adam, qui in Paradiso cum Saturno refrigeruit, ab incendio charitatis turbans & mouens corda simplicium &c, Hæc nun Lutherò conueniant, alijs iudicandum relinquo. Quod vero Thaddæus Benedicti Ariæ Montani meminit, eiusque testimonio suum Lutherum, tanquam Ecclesiæ Romanæ reformatorem, tacitè prædicat, id Catholico ac Religiolo illi viro neque per somnium in mentem venit. Nam quod in Apparatu dicitur, diuini verbi impetum, vim & efficacitatē nubes omnes vanitatis disjacentem, per Aquilonem significari, ad diuini verbi certitudinem reserimus, qua Iudicii Populi, Sacerdotum & *Verus verum* Principum vanitas, certitudine & eueniū borum B. Prophetarum, tanquam nubes Aquilonis vehe mentissimo flatu ac turbine dissipata, redar *tani inselle* gutur. Quum enim isti Ieremiam Propheta, Babyloniorum aduentum constanter annunciantem, impudenter obtundebant, & insanis ac impijs vocibus illa quotidie pertinaciter ingeminaret; Templū Domini, Templū Domini, Pax, pax, Nō veniet

Benedicti
Ariæ testi-
monium
male a Tha-
deo citatur.

supernos malum, quis adfuit in concilio
Dei, & vidi & audiuit sermonem eius, qui
considerauit verbum illius? hæc, inquam,
licet perditissimi isti non minus impie
quam sceleratè diuino vati obijcerent: cui
cit tamen exitus ipse tandem, quod Propheta
Dei iusti futurum prædixerat, & auco
ritatem vati aduersus calumniam, verboque
diuino firmitatem & certitudinem suam,
aduersus impiorum hominum vanitatem

*Quid Aqui violéter afferuit. Hic ille impetus est Aqui
lo signifi- lonis, hæc illa verbi diuini vis & efficacia, nu
cet, fuisse vanitatis dispellens, quam per Aquilo
Benedictu nem Benedictus Arias intelligi voluit. Nam
Aria de- quid Σαφων Hebrews Aquilo siue Sep
claratio. tentionale significet, ipse Benedictus Ari
as Montanus in Iocelum Prophetam capite
secundo, super verba scripturae, *Et eum, qui ab
Aquiloni eſt, procul faciam a vobis*, pulchre ex
plicauit: ut non vim diuini verbi, (eo signi
ficato, quo Thaddæus voluit) sed impetum*

*Aquilo cur
Hebreis di
catur ab
ſconditus.* maligni spiritus significare existimet. Σαφω
nim, inquit, absconditum & absconfitionem
Latine sonat: quod ciui venti certa origi
& locus, ubi primum spiret, ignotus fit. Na
aliorum ventorum, unde oriuntur, certe par
tes

tes sunt, quas superare & retrò linquere nauigando atque itinere agendo contingit. Septentrionalem autem ventū, quamuis directo & contento in eam mundi partē cursu præteruadere non est. In Hebraicis verò *Aquila mysterijs huius venti nomine lethalis illa quid Hebraicis mystice designet.* mīnēfosa vis nominatur, quæ in mortalibus hominum membris, post primi parentabē innata delitescit & seruet, qua quæ illa animorum turbari, & maximæ virtutum tempestates commoueri & concitari in hominibus confucuere. Hic adeò latens immortalibus membris hostis, manifestas ac perpetuas nobiscum inimicitias gerit, & nullo modis de victoria cōtendit, cuius perniciissimi hostis perpetuum motum, curas artes & vires vates ille deprecabatur, Delecta, inquiens, quis intelligit? ab occultis ne munda me Domine. Atque de invisibili hoste illo, qui nos palam oppugnat, hec medituisse sit satis, quem *¶ Szaphan* nomine significari indicauimus. Quod verò *Visibiles Israelitarū hostes omnes ab Aquilone versus* ad visibiles Populi Israëlitici hostes attinet, si quis Cosmographiæ nō ignarus, rem ipsam locorumque situs exactè perspexerit, nūsse ostendit, nunc profectò planum fuerit & manifestū, ditur.

*Assyriorū
situs.*

*Babylonis
situs.*

*Rome sit**
& Ierosoly

omnes qui in Israclitarum & Iudeorū re-
giones bellum fecerit, ex ijs locis venisse, qui
Ierusalem & Samarię, primarijs harum te-
gionum urbibus, à Septentrione sunt. Ni-
que Assyrii, à quibus decem Tribus vastatae
abductaeque sunt, ipso situ & diuini oracu-
li testimonio, ad eum cæli angulum propi-
us accedunt. Sicut scriptū est, *Et extendet ma-
num suam super Aquilonem, & perdet Aſur.* Baby-
lon vero, cuius Rex templum primum euer-
tit, latitudinis gradū 35. obtinuit. Id quod
& Ieremias indicat, *Lenate oculos vestros, & vi-*
Ab Aquilone pandetur omne malum. Sunter-
go omnes huius gentis hostes Aquilonares,
aliij quidem ad Orientem, aliij vero ad Occi-
sum habitantes: & iste etiā occultus hostis
Σφ Szaphon, hoc est, latens abditusque, ut
Septentrio ventus est, nec minores in vici-
tēpestates mouet. A quibus omnibus sum-
mam

mam pacem & quietem securitatemque promittit textus Prophetiae huius, non solum à visibilibus hostibus, sed ab invisibili illo liberandos, qui dominios cum hominibus & perpetuas gentilimicitias, à quo cum liberati fuerint, illud canere & iactare summa cum levia poterunt. Non est nobis colluctatio adversus carnem & sanguinem. Huc usque Benedictus Arias, cuius testimonio liquidò constat, non solum Thaddæus Benedicti Ariæ mentem non afflicatum, & proinde multò aliter, quam par est, interpretatum fuisse, verum etiam omnes Israelitici Populi hostes, tam spirituales quam temporales, ab Aquilone venisse: quod nobis præcipue in hac controvèrsia probandum fuit. Nunc quid Thaddæus deinceps dicat, videamus.

Sed dicit Cabalist a Gramineus, unde Gallia & Belgivastatio? Quae Ursa illuc penetravit? Ursam enim Draco à Septentrione, an Canis & Caput Medusa violentissima sydera, à Meridie & Occidente, horrendam illam bellorum faciem excitarunt, que tanto sanguine nec dum ressingui potest?

Cabalista nomē mihi nō arrogo Thaddæe,

E 4 neque

neque eo nomine me vocari male habet: saltem id yrget, quod calumniandi & maledicendi id à re studio factum sit. Proinde ut intelligas, quid sibi Cabalistæ vocabulum velit: ne posterius, dum maledicere conens, benedicas, quod Iudris, quorum tu factum hic sectaris, Christum Samaritanum contumeliosè compellantibus accidit: sic habet.

Quid Cabala, qui Cabalici, & Cabalistæ.

Est Cabala, diuinæ reuelationis, ad salutifaram Dei & formarum separatarum contemplationem traditæ, symbolica receptio: quam qui cælesti sortiuntur afflatu, recto nomine Cabalici dicuntur, eorum vero discipulos Cabalæos appellabimus, & qui aliqui eos imitari conantur, Cabalistæ nominandi sunt, perinde atque circa editos illorum sermones quotidiano labore desudantes. Nisi tu insane Thaddæe, sicut Sophistarum quidam irrisione digni propria temeritate, vel si malueris negligentia discendi, falsò affectueres Cabalam fuisse hominem Diabolicum & Hereticum, vnde Cabalistas Hæreticos esse omnes. Sed has & similes calumnias Ioannes Reuchlin libris de arte Cabalistica conscriptis, satis superque refutavit. Sed meā Cabalam, si quid ex Greconi,

Philo-

Philosophia eminentis doctrinæ hauseris,
cui' antea memini, tibi diluendā ppinabo,
quic te etiā vñā cū totius Scholæ Saxonice
prædio verè refutaturum non esse cōfido.

Quod vero queris, vnde Galliæ & Belgici *Causa pri-*
vitatio? Quæ vrsæ illuc penetrarit? Vrsæne ma- moru-
at Dracō à Septentrione, an Canis & Ca- um Galli-
put Medusæ violentissima sydera à Meri- corum &
die & Occidente? per Vrsas, Ecclesiæ vasta *Belgij, Lu-*
tores Hæreticos & Tyrannos, ab Aquilonæ- *therus.*
plaga mundi in Ecclesiam irruentes, signi-
ficari diximus, quos Ezechiel ventum tur-
binis venientem ab Aquilone vocat, quasi
tentationem turbantem subditos, quam vi-
dimus & doluimus, que etiamnum durat,
ab incendio charitatis turbans & mouens
corda hominum simplicium, vt Abbas ha-
bet. Atq; huius tentationis origo est spiritus
superbiæ, apostata Septentrionalis Luthe-
ri, qui, vt Adam in paradiſo cum Saturno
runguit, & virus suum, suos per discipulos,
& Scholæ eius sectatores, per orbem vniuer-
sum diffudit, vt mirum sit, historia teste, à
me Thaddæum querere, vnde Galliæ & Bel-
gici vastatio.

Quod verò Galliæ & Belgici vastationis *Tumultus*
E 5 cau-

Gallicorū causam, in Canem & caput Medusæ, vulgo quos auctr vocatum caput Diaboli, violentissima lyses Thad- dera Meridiei & Occidētis coniiciat, quid de faciat. velit, intelligo, ut hic mihi magna occasio data foret, si nocendi studio laborarem, cū in odium potentissimorū Regum, & summi Præfusilis Christiani Populi, coniiciendi & deturbandi. Ijs intericētis, quæ paulò ante refutata sunt, pergit Thaddæus,

Illud autē libentissime cōcesserim Graminæ, quod typum Ecclesiæ Romanae faciat ipsam Caſtiopē, exstimoq; nihil verius ab ipso dicit, nec ulli alteri imagini cœlesti rectius cōparari potuisse. Verum an ideo mala Septentrioni denunciari videantur, quoddorsò illi pingatur aduersa, Meridiei aut bona, quod facie illam intueatur, non facile subscriptserim.

Quod meam inuentionem commendet Thaddæus, odium, quo Romanam Ecclesiā persequitur, facit, cūm hac figura eius turpitudinem denudari & mores impuros argui existimet. Hinc nulli imagini cœlesti eam rectius cōparari potuisse affirmat. Ne autem hanc scripti sui sententiam esse negare præsumat, ea ex alio eiusdem scriptilo-
co haud difficulter probari potest. Folioo-
Thaddæus nim 103. sic habet. Postremo dico, hac non aſſat
Regth

Reges, Principes & magistratus Populi admoneri hic ex Astre
sui officij, ut imprimis studeat institutio paci & publica logo sit Cō-
trāqūntati, ac de rebus diuinis nō somnolēter neq; cionator.
būculanter curā & cogitationē suscipiant, relatu-
nōpbeum, qui in eo certamine strenue desuda-
uerit. Hęc non obscure insinuari videntur conside-
ratis ipsam Cassiopen, singulaq; circa eam diligē-
tissimā expendentibus, vt quod in solio resideat, quod nō
tam palma, antiquissimū victorum & pacis insigne,
smit a manu gerat. Quod verò rursus eadē in suo il Hic Thad-
de salio sedere pingitur, veluti ex eode eßet deiçienda deus Hiero
(nam cali prima illa circumactione resupinato ca-glyphica
p̄fertur, turpiterque ibi sedere dicitur) hac i- calestium
magine sapiens & veneranda illa antiquitas vide- imaginum
tur delineare voluisse istam unmodici fastus, significati-
superbie, arrogantia & Dei contemptus pœnam one vtitur,
mansuram esse omnes, cuiuscunque bi statu & con-
ditionis fuerint. Dicitur subse Cassiope Cephei Regis
Aeth' opum cōunx omnium suo tempore mulierum
formosissima, vt Nereid bī Nymphas anteferre nō
retetur: ob quam illius iactantiam in indignationē
illarum incurrit.

Ex loco Thaddæi iam citato haud diffi-
cile colligitur, qua mēte explicationē me
amicōmendet, cū turpi Cassiopæ seßione
Ecclesiæ fecitatem tacite insinuari, ac illi im-
modici fastus, superbie, arrogantia & Dei
contemptus pœnam denunciari affirmare
videa-

videatur, quod fabula Euripidis & Sophoclis adhibita confirmat. Quid autem in hoc negotio Graecorum fabulis, excepta Astrologica significazione, tribuendum sit, folio 34. huius detensionis à nobis commemoratum est. Causam autem, cur non facile semper sententiae subscripturum affirmet, & quam acerbè concludat Thaddæus suam hanc inuestiuam, audiamus.

*Nam Cassiope non nunc solum ita sedere pingitur,
sed iam olim ante multa secula. Itaque significatio
illa Graminae est fruola, ridicula & plane fatua: i-
paa dor- mo si hic cum Gramino ineptire licet, cū noua stella
sum Thad dauerit ad clunes Cassiopea, ac illos & dorsum rni-
dauis hic Lu therana fa uersum, nō vero anteriora illustrauerit, cur nō cluni
ctionis se- bus & dorso bonū & lucē, faciei vero & anteriori par-
tatores tamen ipsas ineptias que isto loco indigne sunt. At-
intelligit, tingere autem eas oportuit, ut palam fieret Grami-
per faciem nei surilitas, & calumniandi studium cum virulen-
Romanam tamquam iniquitate coniunctum.*

Ecclesiam. Verum quando Thaddæus istas ineptias
Graminei omittendas existimauerit, & ego eas in pse-
Procura- tiarum omitto, interim non negans, eo pa-
tor hac nō eto iam à priscis retro seculis Cassiopenæ
credit. lo adhæsisse, cum eam nos non modo Eccl-
esiā, verū etiam Synagogam adumbr-
uisse.

uisse affirmauerimus. Siue igitur clunes, siue dorsum illius diuini verbi & Catholicæ fideli splendore colluстрatum sit, nihil nos moriet, cummodo glorificetur Christus, gentium multitudine in eam intrante, vel Moscoviterum vel etiam Tartarorum, quæ ad montem Domini, ad domum Dei Iacob ascendentes, non malum, ut Lutherani, capit in inferent, aut tenebras illi offundere studebunt, sed eam quam maximè illustrem & claram reddent, formæ & pulchritudinis eius decore mirum in modum aucto. Sed missas faciamus has nugas T'haddçi, qui si quid habet solidæ doctrinæ, aut rarae sapientiæ, negligetis prioribus futilitatibus, contra hunc mysticum Aquilonem, eiusq; Clauem Deo dante suo tempore subsequuturam liberè effundat. Per me enim licet.

Sed cum ea, quæ in nos malitio- *Tertia De-*
s; non sine graui iniuria, imprudenter & *fensionis*
temere euomuerat, refutata sint: restat ut *Pars.*
nolite inscriptionis memorcs, orbis vastatores,
Ecclesie Dei hostes à plaga mundi A-
quilonari haec tenus prorupisse, & in finem
vixque sexculi prorupturos esse, quam fieri
potest

poteſt ſirmiſiſimis argumenbus euincamus. Verū dūm ſuprà hāc tertiam partem de- feniſionis noſtrę corroboratuſos eſſe noſ rationib⁹ Physicis ac Medicis, Astrono- micis, Astrologicis, Historicis, & Sacræ Icri- pturę auſtoritatibus, Theologorum ve- tēnum & Rabbinorum ſententijs, reſcep- perimus: primō omniū à Physicis exordiemur, vbi, quid per Aquilonarem plagam intelli- gere debeamus, expoſuerimus.

Quatuor mudi plagaſ, quos Cardines vo- mudi Car- cant, & ratio ipla, & conſensus ſcribentiū dīmū deſcri approbat. Stāte diei medio ad ſolē facie co- ptio, & uerſa quopī homine, Meridiana mudi pars quid per A- eft, quā cōp̄icit: in qua ab ipſo corpore um- quilonem- bra cadit, Septētrio eft, pars aduerſa Meri- dieti. Vmbræ linea, quā Plinius decumanā intelliga- agri appellaſ, & Vitruvius lib. 1. Architec- turæ inuenire docet, decuſiatim angulis di- uifa, à dextris ort⁹, à ſinistris occafus eft. Ab his mudi plagiſ quatuor vēti Cardinales, ex Aristotelis, Plini⁹ ac Vitruvij ſentētia per- fūt. Quibus collaterales alij flatus, ſecundū Eratosthenē quatuor, vt de octogona tur- ri, quā Andronicus Cynistes Athenis extru- xerat, refert Vitruvius, ſecundū Aristoteli-

verò & Plinium octo, quorū ille qui à dextris Boreæ, inter ortū solsticialē & Septētrionem medius existit, Aquilo dicitur, in quem loca quæ proclinan, exitio sa orbi, calamitosa Synagogæ fuisse, & Ecclesiæ Chri-
stianum esse, rationibus dictis conuin-
cere studemus.

Ad Physicam rationem quod attinet, A-
ristoteles ut Naturæ peritus, secundo libro
de Celo, sex positionum differentias consti-
tuens, videlicet superum, inferum, ante & e-
ius cōtrarium, dextrum & sinistrū, verticē
Aquilonarem inferum, Australēm vero su-
perum facit, non quidem temere, sed to-
tius naturæ & vniuersitatis cōsideratione,
qua Australēs mūdi partes digniores, Aqui-
lonares vero, seu in extremum angulū hori-
dū frigoribus & chyemis iniuria infestati, ubi
tix ppetua & pruina albicans, piecti, infe-
nors & infeliciores habeantur. Meridiona-
lis enim mūdi pars perennem & salutarem
Australium syderum fulgorē, præclariorē
Aquilonari bus, mūdo subministrat. Ab ea
enī celi parte obliquus circulus, sub quo
dum erones vagentur, varietatem tempo-
ris & rerum nascientium ^{A parte} Meridiona-
lis facit, vt recte li Zodiac^s
ab

est, gene- ab Aristotele generationis & corruptionis
tationis & auctor appelletur, ne dicam ab ea celi part
corruptio- praeclarissima mundi lumina fixa conspicu
nus auctor. ut Tauri, Leonis, Orionis, Caniculae & Ci
noopi, quemadmodum de incognitis nostro
orbi stellis, quas vir æterna memoria dignus

De stellis Americus Icu Alberic⁹ Vesputius, Americ⁹
Meridionalia inuenitor, refert, esse scilicet circa polum An
tarcticū plures viginti tanta claritate, quan
ta sit Vénus aut Iupiter, quarum tres in mo
dum trianguli circa polum sunt dispositæ.
At quæ est ratio Aristotelica doctrinæ totius vniuersi consideratione, scilicet partes
Septentrionales interas, superas vero & di
gniores Meridionales esse: ea etiam erit in
huius vel illius prouinciæ dignitate consi
deranda, ut partes in Septentrionem procli
nantes ciudem prouinciæ habitationi mi
nus aptæ, commoda autem vocentur quæ
Meridiem spectent. Idq; non in vniuersum
verum esse volumus, sed Septentrionalium
terræ partium, eorumq; locorum respectu,
quæ Deus peculiari prouidentia sibi in mi
nisterium ex cunctis, quæ sub caelo sunt, vi
bibus segregari voluit, ut est Ierosolima A
sia, & Europa Roma. Vtraq; enim est pr
mula

mulgatiōis verbi Dci. Ex Sion enim exiuit *Divina vī-*
 lex, & verbum domini de Ierusalem: illa Ca**bium** Ro-
 thedræ Synagogæ Mo:aicæ, hæc verò Diui *ma & Is-*
 Pei Christi successoris, successorumque e-*erosolymæ*
 ius usque in præsentem diem sanctissimū *priuilegia*.
 & certe dōmīlium. Huius igitur vībis
 & Ierosolymæ consideratione, in qua Ec-
 clesiæ Catholicæ caput residet loca Sep-
 tentriōnalia exitiosa & funesta dicimus, dū
 ex ijs hostes sanctissimi capitii, Ecclesiā qui
 affligant, haec tenus prodicunt, & in fine usque
 lāculi proditum sūt, vt nobis hac tertia
 parte declarandum lumpūmus. Quid autē
 dedignitate Europæ Ierosolymæ, quæ per
 Analogiam domui Iudee respondet, senti-
 endum sit, ad quam velut scopum Septen-
 trionalium impetum referimus, Abbas Ioa-
 chim apertissimè declarat his verbis. Roma *Abbatis Ie-*
 ra Ecclesia non sicut Iudæa & Grecia, in fi- *achim de*
 dere friguit: & si ab operibus iustitiae decua- *prærogati-*
 uit: quia tamen aliarum respectu sedium, in *ua vībis*
 atrium exterius, quod est foris templum gé- *Roma sen-*
 tibus datum tributarum, solis eterni ciuitas *tentia.*
 reputatur. semen in ea Dominus benedicti-
 onis & gratiæ dereliquit, per quod usque in *Norāperpe-*
 finem seculi filij pro patribus surgerent, & tuam in Ec-

elefia Ro. indiscessam fidei tunicam inter mundanum
Praesulum dissidia conseruarent. Vnde sequitur, *N*on
successionē dominus exercituum reliquistet nobis se-
 men, quasi Sodoma fuissimus, & quasi
 Gomorra similes essemus. Sed non au-
 feretur sceptrum de Iuda, nec dux de femo-
 re. Genet. 49. Deinde inquit Dominus
 Matthæi 16. Tu es Petrus, & super hanc
 petram ædificabo Ecclesiam meam: ipsa est
 firmamentum in medio aquarum. Genet. 1.
 Portæ inferi non præualebunt aduersus e-
 am. Venerunt flumina, & flauerunt venti,
 & impetuerunt domum illam, nec corruit:
 fundata enim est super petram. Matth. 7. Id-
 circa Spiritus Domini illud septiforme can-
 delabrum reprobavit, scriptura dicente.

Hic desig- Repulit tabernaculum Silo. Et iterum,
natur Gra Tribum Ephraim non eligit, sed Tribū
ca & Cōstā Iuda, montem Sion, quem dilexit. Ex qui-
tinopolita- bus colligitur, quod Orientali Ecclesia re-
ne Eccle- probata pro meritis, Romanam Ecclesiam
sie dese- ubique diffusam dominus reseruauit in tem-
ctus. plum. Itaq; et si ad subvertendā humiliū pi-
Durante etatē furor istiusmodi Chaldaeorū ferociū
Imperio in odiū Petri sedis experitur, tamē dieb;
Romano, quile discurretibus, vndiquaqueq; fulminib;
tantisper 1000.

reprimetur. Quocirca Romana Ecclesia & durabit
 mysluce plecta est cū cōtis Ecclesijs, sicut Tri-
 bus ludi, cū cōtis Tribubus Israelis. Ipsa n. est, *in columnis*
 deo Zacharias scribit, Ponā Ierusalē in la- *Ecclesia Ro-*
 mana. A-
 pioneris, licet à pressura sēculi expers es-
 tis poterit. Hactenus Abbas vrbis Romæ
 agitatē atq; excellētia, & Septētrionaliū
 populorū incultā barbariē innatumq; in cā
 alii, sub ænigmate Chaldeorū luculentur
 exposuit, idq; non tā rationib; à natura pe-
 tur, qd̄ diuinis quibusdā priuilegijs ciudē in
 sediū adductis, q tamē ipsa cum insit is illis
 dñib; quibus cæteris vroes & Gētes Euro-
 pe superat, mirifice cōsentiat. Quę si cū Sep- *Naturalis-*
 tentriōnalium locorū & incolarū proprieta- *ter etiam*
 tōferantur, manifestū euident, tantā inter *Septeniri-*
 bus & illos animorū dissensionē esse, quāta *onales Me-*
 netius bellorū somētis suppeditādis abū- *r dionali-*
 le sufficiat. Id quod Plinius & Vitruvius, *bis ob tem-*
 niores grauiissimi & in obscuritate na- *peramen-*
 ture cum primis versati, naturalibus argu- *ti diversi-*
 mentis in nucrē evidentur. Plinij verba hæc *tatem in-*
 sunt: Medio verò terræ salubris vtrimeque *fensi, & cō*
 mixturi, fertilis ad omnia tractus, modi- *sequem̄t̄*
 tus corporum habitus. Magna & in colo- *Ecclesie |*
 & temp̄ries, titus molles, sensus liqui- *Romanas*
 F 2 dus,

dus, ingenia fœcunda, totiusque naturæ
pacia. Iisdem imperia, quæ nunquam exi-
mis gentibus fuerint: sicut nec illæ quidem
his paruerint auulsa, ac pro immanitate na-
ture virginis illas solitaria, quæ truces sunt
ex caligore, has & illæs mobilitates haben-
tes. Per medium autem terræ tractum, cum
Astrologis & Medicis quartum clima intel-
ligit Plinius, cuius finem Roma occupat, ce-
lebritatis sua gratia quinto initium faciens.
De hoc climate notæ sententiae sunt Hypo-
cratis in libello de aere, aquis & locis. Au-
cenna in capite de complexionibus inquit,
post loca sub Aquino stali sita, quartum
clima exacto temperamento esse proximi-
us, eo quod ibi habitantes non videntur ob-
directionem, neque impensius calefiunt ob
propinquitatem, neque congelantur ob ni-
miam distantiam. Galenus libro tertio Cō-
mentariorum in Aphorismos inquit, quod
zona exquisitam habet temperie, quæ per
Cnidum ac Coum transit, &c. Plinius ad-
dit illustres rationes: quia ibi est modicus corpo-
rum habitus, id est, homines non sunt perip-
gues & obesi, vt Septentrionales. Adeps
nim ex habitus frigiditate gignitur, corpo-
lentia

lentiaverò ex sanguinis abundantia. neque
nimū graciles ut Aethiopes, propterea quod o-
mnis succus calore torretur & absuntur.
Incolore quoque est temperies. Frigus e-
cum excellens nimis albos, calor autem ad-
ustos ac nigros reddit. *Ritus molles, sensu liqui-*
ti. Animi enim mores temperamenta cor-
porum sequuntur, & quia in bona natura
sunt temperatissimi spiritus, ideo quoque
actioēs vita sunt suaves & temperate. Quod *Septentri-*
onis in fine ait, *ac pro immanitate naturae &c. intelli-*
gente gentes Septentrionales propter naturae res *quare*
terociam, nullam consuetudinem aut com- *asperi ac*
mercia habere cum moderationibus aut hu*truces.*
manioribus naturis, sicut hodie dicuntur
esse nature Lapponum & similiū, qui nō
incolunt urbes, non habent commercia cū
ceteris, sed viuunt, ut hic inquit Plinius, so-
litarij. Quod vero ait, *truces ex celo rigore,* has
sicilicet Septentrionales gentes, mobiles &
inconstantes existere, contingit, quod frig-
us externum constringat atque cōdenset
corpora. Vnde etiam Aristoteles ait, Septē-
trionales esse similes valde cibrijs, nec esse
anxios in querendo, sed audaces & specie *Germani-*
cos in faciendo. Vnde non mirum, quod *quare belli-*

eis, & ad Pto'om'rus Germaniæ non religioris, si
 heresim armorum periculum tribuat. Nunc ad VIII
 proclues. uium venimus, qui libro sexto Architec'
 Varruij re, capite primo, de diuersis regionum
 de Septen- itatibus agens, Septentrionalium fetorum in
 trionalibus genium cum urbis Romanae temperamēto
 & Mer- confert his verbis. Septentrionalibus respi-
 onalibus geratis regionibus, quod absint à Mendie
 sentem. longe, non exhaustur à caloribus humor,
 sed ex celo rosidus aer in corpora fundens
 humorem, efficit ampliores corporatus, s.
 vocisque sonitus graviores. Ex eo quoque
 sub Septentrionalibus nutriuntur gētes immi-
 nibus corporibus, candidis colonbus, dire-
 cto capillo & rufo, oculis c. sijs, sanguine
 multo. Quoniam ab humoris plenitate exili-
 que refrigerationibus sunt coformati. San-
 guinis autem abundantia ferro resistunt sine u-
 more, infuse crāsitudine cæli propter ob-
 Seuentri- stantia aeris humore refrigeratæ, stupent
 onales stu- pidi & au- habent metes. Hoc autem ita esse à serpētibus
 daues. licet aspicere, quæ per calorem, cum exhan-
 stim habent humoris refrigerationem, ut
 acerrime mouentur: per brumalia autem &
 hiberna tempora mutatione cœli inclinato-
 te, immota sunt stupor: ita non est min-
 dum

dum si acutiores efficit calidus aer hominū
mentes, refrigeratus autem contra tardio-
res. Cum sint autem Meridianæ nationes *Meridionalis*
animis acutissimis, infinitaq; solertia consi-*les ingenio*
horum, simul ad fortitudinem ingrediun-*acuto.*
tur, ubi succumbunt, quod habent exulta*s*
sole animorum virtutes. Qui verò refrige-
ritis nascuntur regionibus, ad amorum ve-
hementiā paratiōes sunt, magnisq; viribus
ruunt sine timore, sed tarditate animi sine
considerantia irruentes, sine solertia suis cō-
si*ij*s refri*ng*ūt. Cum ergo ab natura rerū *Excellentis*
hęc ita sint in modo collocata, ut oēs natio*simum Ro-*
nes immoderatis mixtionibꝫ sint disparatę, manorum
placuit, vt inter spacia totius orbis terra *tempera-*
*rum regionumque, medio mundi Popu-**mentum.*
lus Romanus possideret fines. Nam-
que temperatissimae ad utramque par-
tem, & corporum membris, animorum-
que vigoribus profertudine sunt in Ita-
lia gentes. Quemadmodū enim Louis stella
inter Martis feruentissimā & Saturni frigi-
dissimā media curtes tēperatur: cadēratiōe

Italia inter Septentrionalem Meridianam
que ab utraque parte mixtionibus tempe-
ratis & noctis habet laudes. Itaque con-
lisis confingit Barbarorum vires, torti ma-
Romanæ
urbis du-
plex impe-
nina mens Ciuitatem Populi Romanie e-
riū, & cor-
gregia temperataq; regione collocauit,
porale &
spirituale. *ut orbis terrarum imperio potiretur.*

Astrono- *Hac cum ita sint, mirum videri non de-*
morum debet, quod hostes Ecclesiae à Septentrionali
Septentri- plaga prorupisse semper, & in posterū pro-
onibus rupturos esse dixerimus, naturali ytrius que
incolissen- gentis inclinatione diuinis oraculis in id cō-
tentie. sentiente. Reliquum est, vt quemadmodū
polliciti sumus, idē Astronomiis & Astro-

Vrsarum
figuræ cur-
in cælo po-
sita. *logicis argumentis astruamus. Astronomi*
enim, quo partis Aquilonaris abominabilē
& horridam sedem oculis spectantium cla-

rius obijcerent, duarum Vrsarum & cauda-
tarum, quod ab Animalis natura abhorret,

formas in cælo stellis illustribus fulgentes et

Quid Ser-
pens desi-
gnat. *formauere. Verūm ne de Vrsarum solū ma-*
li omnis cōfigurationib; commemorent,
Serpens ille glacialis, qui sinuoso flexu intu-
vtramque Vrsam iabitur, Echial seu Leu-
than

than designans, sedem suam super nubes Aquilonis attollere non erubuit. Nam Cyno^{ur}, Helices, Draconis & Arcturi ex mysticis & hieroglyphica interpretatione hæc significata esse non est dubium. Cynosura **Cynosura**, cum & Helice orbis vastatores à plaga A. & Helices aquilonari erumpentes rectè designat. Siue **mystica significatio**. enim per Cynosuram canem vulpe editū, aut venaticum, vel Vrsam intelligas, Helice in sua significatione non variante, interpretationis seu applicationis Analogia nō dissoluitur. Draco autem malignus spiritus est **Draconis** & antiquus ille Serpens, cuius instigatione **interpretatio** orbis vastatores in mundum depopulantur, & tatio. Ecclesiam Dei affligunt heretici. Arcturus **Arcturi significatio**. verò, qui & Arctophylax dicitur, eorum statore est. Ut igitur hæ Vrsæ in diectu ter- repositis mortalibus, sublimi loco cæli resurgent, ac frigora Aquilonarium Regionum, vbinix & pruina albicans, non mitigant, sed magis Saturnina refrigeratione hebetant: ita etiam heretici splendore diuiniori verbis, tanquam donis spiritualibus: ut lumen angelii, vel iitu ouium præcincti coruscantes, ad verum Dei cultum & pietatem homines non excitant, sed vrsina, rapida, ac ca-

nina mente, vulpe scilicet edita, interitum
ac perniciem extremamque corporis & ani-
mæ cladern Ecclesiæ Catholice membris
inscrunt, ijsque perpetuo cum colubro & ec-
raste, armato vngulis & cornibus, Antichri-
sto illo vero, infidiantur. At vt hæ Vrsæ
in cælo conspicuntur (nam ad caudam al-
terius, prioris caput inclinat) sic heretici
pugnantibus ac inter se dissentientibus dis-
Anguis in-
ter Vrsas
posuit my-
sterium.
crepantibusque sententijs perpetuò con-
fligunt ac digladiantur. Has verò ut si-
nuoſflexu implicat anguis, ita etiam illos
demon atrox ille & crudelis Draco, à pijs
mentibus alienis monstrosis sententijs inuo-
luit ac implicat, vt vbi in profundum malo-
rum peruererint, indurato iam corde, & in
reprobum sensum adacti, nulla egrediendi

Arctophy- ac sele explicandi facultas ijs superfit. Ar-
lax, her- Etophylax Vrsarum sectator, vt ab ipso
seos secta- Lycaone, crudeli ac minaci Tyranno ma-
torum ty- etatus ac dilaceratus creditur: ita Vrsa-
rum sectatores ad summam calamitatem
& miseriam cum corporis tum animæ re-
daecti, æternæ gehennæ pœnis ad extre-
mum affligendi subijcentur. Ad has i-
gitur Vrsas Aquilonares, earumque stella
celo

cælo adhærentes oculos vbi attollimus, ardentissimus votis Deum orare conuenit, ut à temitu & furore earum, hoc est, Tyrannorum Aquilonarium, qui tam orbis quam Ecclesiæ vastatores esse noscuntur, nos liberet ac seruet. Quod vbi fecerimus, Reclus ap-
 Dei domiciliū ac præclarissima mundi lumi- parentium
 nū, ab impuro & impio Græcorū sibi mini- in celo lu-
 me cohære i signo vindicabim⁹, cui quā- minum v-
 tū Christi ni tribuere debeat, ipse D. Hiero- sus.
 ronymus abunde testatur super verba, Relin
 qui in faciem Arcturum & Orionem, quinti ca-
 pias Annos Prophetæ. Quando, in-
 quid, audimus Arcturum & Orionem, non
 docemus se qui fabulas Poetarum & ridicu-
 la ac portentosa mendacia, quibus etiam cœ-
 lus infamare conantur & mercedem stupri
 interfuderat collocare, dicentes:

*Arcturum pluiasq; hyadas geminosq; triones,
 Arma amq; auro circuifpiciit Orionem;*

sed Hebræica nomina, quæ apud eos alii
 trappellantur, vocabulis fabularum genti-
 lum in linguam nostram esse translata, qui
 non possumus intelligere, quod dicitur, ni-
 si per ea vocabula, quæ viu didicimus &
 errore combibimus. Hactenus Diuus
 Hiero-

Celum im Hieronymus. Quàm impia autem & porto
pjs Graco- tosæ Græcorum fabulæ sint, quibus cælum
rum fabu- etiam polluere, & gigantum more inuadere
lis contami- conati sunt, ipsius Higinii Poeticon Astro-
natum.

nomicon satis innuit, vt non rectè Thad-
dæus me repræhendat, quod à Græcorum
impia falsitate recedens, qua vt idololatriæ
ac adulatores cælum conspurcarunt, cæle-
stium imaginum veras & à prima origine ip-
sis significationes tributas, aut conimodas
saltem cum Synagogæ, tū Ecclesiæ Dei, tra-
dere conatus sim. Rudeat Thaddæus quam-
diu volet: bonorum virorum censuram &
iudicium, ob suum in me impudens, teme-
trarium ac fucatum scriptum, hac arte effus-

Stellarum gere haud poterit. Sed hæc de Astronomi-
Septentri- ca configurationis Vrsarum & Draconis
onaliū vis significationi dixisse sufficiat: quantam ve-
in loca sub- ro illarum stellæ vim habeant in eos potissi-
mea.

mum, quorum verticibus cæli circumolu-
tione quotidie ad perpædiculum imminet,
vel vna stella Benar atz siue ultima caudæ
Helices ostendit. Præterquam enim quod
Cardanus commemorat, eam imperiorum
magnorum haec tenus mutationes designat
se, Stadius bellicosos & strenuos esse, qu-
bus

bus ea verticalis sit, affirmat: Vt Atrebates,
Hannonios, Eburones, Sicambros, Vbios,
Gelubenses, Menapios, Brabantos, quibus
proximis saeculis verticalis fuerit. A quo
tempore dicit mutuis eos cladibus attritos,
& Gallorum incursionibns adeo fuisse affli-
tos, vt à varijs calamitatibus & populatio-
nibus magna ex parte vix respirauerint, fu-
ture miseri, quam nos in presentiarum ex-
perimur & dolemus, tum temporis fortassis
ignarus. Siigitur tanta vnus eiusque po-
stremæ in Vrsæ figura stellæ vis est, quid de
ceterarū & magnitudine & potestate non
inferiorum coniuncta virtute existimandū
est? Vnde constat, q̄ recte Thaddæus iridēs à
me quærat, quæna ad Belgas Vrsa penetra-
uerit, & intestinos hos cœmota excitauerit.

Sed iam tempus est, vt quid Astro-
logi, de Septentrionalibus & Meridio-
nibus, præcipue quarto climati subie-
cū de Sep-
tentriона-
bus in genere sentiant, subiijciamus. Pto-libus & Me-
leatus Astrologorum Princeps, primò ge-
neralitione, vt paulò ante ex Plinio & Vi in genere
truiuo declarauimus, per Aquinoctialem, iudicium.
duos Tropicos, Arcticum & Antarcticum,
terram vniuersam distinguit. Loca tandem
inter

inter Tropicum Cancri & Septentrionis
lem circulum, quam maxime rauone inter-
medij mortali habitationi congrua esse
affirmat: quod ibidem habitantes in aere de-
gant valde illo quidem temperato, & singu-
lariter, cum frigoris aestusque differentiae ad-
modum parvae in eo noverintur. Quapropter
& medio colore, & mediocri stature, & na-
tura temperata eos esse, habitatio- bus coiu-
*Que pars etos & moribus maxuetis. Quem locum autem
temperate Ptolemeus intermedium intelligat, facie mundi planis colligimus, dum calidissima regio terminetur
ge sit ad ad latitudinem borealem partium 23. cum dimidio,
Boream me- & frigidissima incipiat, eodem Ptolemaeo au-
dia. etore, partibus 63. ab Aequinoctiali. Erit igitur temperatissima, circa partem 43. cum semis-
se: in qua latitudine est pars Italie maxima,
& potissimum Roma, ut hinc constet, gen-
tes eo tractu habitantes, esse temperatisissi-
mas, & optimorum morum, & pulcherrimae for-
mæ, & optimi ingenij, valde mites & max-
tas supra omnes homines terræ inhabitabilis.
Et quo getes illis magis appropinquant, tam
sunt humaniores, & à barbarie magis re-
motæ, & cultu magis insignes. Quanto vero
magis appropinquat extremis inhabita-
libus*

libus, id est, male habitabilibus, tanto magis
assimilantur earum moribus, quarum haec
proprietates sunt, ut sint iracundæ, antropo-
phagiæ, quarum facies sint terribiles, & ab
humana forma adeo alienæ, ut vix homines
eis videantur, auctore Haly. Hermes com- *Septentri-*
morat, præter quam quod feroce Sep- *onales re-*
tentionales incolas affirmet, apud eas ma- *giones da-*
lorum spirituum esse habitaculum ac pro- *monum ha-*
prium domicilium, seu quod in talibus regi- *bitaculum*
onibus, ut Cardanus ait, propter aeris mali-
tiam & intemperiem, & propter prauorum
ciborum usum, humores adeo corruptan-
tur, ut talia falsò se videre & audire sibi per-
suadeant: talium solitudinum metu ima-
ginem augente: seu quod solitudines ma-
li spiritus incolere soleant, vt posterius
nos historica veritate declarabimus. Præ- *Ditatio mū-*
ter hanc generalem locorum designatio- *di in trigo-*
nem, habet Ptolemæus alias duas: unam à nos.
natura loci sumptam, de qua locutus est
Hippocrates libro de aere & aqua, & su-
mitur maxime à quinq; conditionibus, quas
in presentiarū omittimus: alterā ex trigonis
deductam, cuius prescripto terra habitabi-
lis Planetis & duo decim signis attribuitur,
esse-

electusque deliquiorum & magnarum coniunctionum, quibus regionibus expectantur debeant, ab Astrologis disiudicatur. Hoc eodem orbe in quatuor quadrantes diuiso, partibus extremis Aquilonanibus Martem & Saturnum Ptolemaeus tribuit, quibus Iupiter commisceatur. Ut non difficulter hinc concludere liceat, praeterquam quod nationes illae iracundae sint propter Martem, & Saturni obstinatam malitiam, easdem etiam ob Iouis interuentum, dominandi libidine exasperare. Quocirca non incommode Astrologorum etiam iudicio ab ea mundi parte orbis vastatores prodij sic haec tenus, & prodituros esse, dici potest. Mercurium vero idem Ptolemaeus, tanquam omnibus regionibus aequali & quam maximè necessari-

Legū promulgatio- um, in medio statuit. Atque hinc notandum est, Haly dicebat, leges omnes in medio habitabili terræ promulgari, & ex illo in extrema prouenire: cum Mercurius dominus sit eius partis. Leges enim multis, inquit, verbis indigent, & rationibus & volubilitate cerebri: que omnia à Mercurio significantur, ita tamen, ut si socius illi adiungatur Si turnus, legem Iudeorum constituat, dum simam

simam & asperam: si Iupiter, Christianorū, *Nota*, quid
mundicici, pietatis, castitatis, misericordia, *Christiane*
probatis laude insignem, & in qua plura *legi Arabes*
fuerunt regna, & honos summus sacerdo- *tribuant*.

te quia Iupiter præest Sacerdotio: si Mars,
Legem Mahometi, plenam violētia & cru- *Mahome-*
dilitatis, fœdam diuortio & vxorum mul- *tice & legis*
tudine, & libidini iunctam, fabulosis men- *tyrannis*.
dacijs & impudentibus refertam, abhorren-
tem ab humanitate & pietate. Si vero Ve-
nus accedit, facit legem idolorum debilem
& luxui deditam, in qua omnia licent, &
multiplicem, propter Mercurij potentiam.

Ideoque cum Venus debilis sit comparati- *Legis Idolō*
one superiorum, tacta est leuis, plurium de- *latrica*,
orum, plena superstitionibus & diuinatio- *que cū he-*
ne, & fabulis, quæ sunt etiam plenæ adulce- *reticis con-*
ns & flagitijs alijs, & amorib. puerorū. Mer- *uenit, im-*
curus enim talia omnia significat. Et ex *Pietas &*
hoc patet, ut Cardanus ait, quod lex Iudai- *fæditas*.
ca ortum habuit ab Oriente, quia Satur-
nus Orienti præest: Mahometi autem, ab
Occidente, quia Mars Occidenti domina-
tur: & Iouis imperiū est à Septentrione. Ide-
co in ea parte fundata est lex Christiana, li-
cet & ipsa ab Oriente, propter coniunctio-

nem cum Iudaica, originem sumpserit. Id
lorum autem lex, quoniam à Venere exo-
tū habuit, initium sumpsit à Meridie, scil-
licet ab Assyria, Babylonia & Chaldaeis. H.

Thaddæus Cardanus post Halym. Ex his facile
ex armorū nimaduertit Thaddæus, Astrologos qui-
fede religi- uis scripturæ ignaros (quorū tamen se nō
onē euocat. minimū esse existimat) eius sententiam ir-
rifuros esse, quod Ioue iam multis annis
dormitante, & suam deserente Iuno-
nem, Euangelicæ legis promulgatio-
nem, seu vim & efficacitatem, omnes va-
nitatis nubes disjacentem, ex ipsa plaga
Septentrionali, extrema nimirum Saxo-
nia, in Ecclesiam Romanam euocet & re-
ducat. Ptolemæus enim cæterique A-

Mars & strologi, Germaniæ non religionis, sed
Arietis signū Ger- armorum peritiam tribuunt. Germaniæ
manie do- enim, Ptolemæo teste, Arieti & stellæ Mar-
minatur. tis propriæ subest. Itaque incolæ eius
communiter feroce, pernivaces & truces
inueniuntur. Aquilonares regiones ex-

Refutet, si tremas Aquario & Saturnio subesse dicit
poteſt Thad itaque homines habere immanes, tetra-
dæus, librū eos & feroce. Hanc Aquilonarium in-
tegrum cem & horribilem sauitiam per locum le-
remis

remix Prophetæ , Astrologica doctrina Matthie à
cōlentiente,designari trādidit Matthias à Michau
Michau, de Sarmatia Afiana & Europæ,
commemorans , secundum Ptolemaeum
Pelusianum secundo Quadripartiti , an-
guum Aquilonis Septentrionalem esse de
partitione trianguli signorum Septentrio-
naliū , dominarique in eo Saturnum cū
signo Aquarij , cumque angulum illum fe-
nacem & horrendum efficere , cūm malig-
nus influentiæ salcifer Saturnus humano ge-
nū infestissimus , suis qualitatibus frigiditatis
& siccitatis semper contrarius existat.
Proinde ex illo angulo prodijse , & usque
in hanc diem prodire natiōes rigidas & cru-
diles , humanæ societatis interturbatrices ,
ac orbis faces , secundum Ieremiæ Proph-
etæ vaticinium , *Ab Aquilone malum super
omnes habitatores terre prorumpere.* Ut ex hoc
Thaddæus fateri cogatur , me nō primū es-
se , quia Ieremiæ Prophetæ testimonio mun-
di partem Aquilonarem trucem & hor-
ribilem , ac orbi exitiosam esse assuerim.

Huc accedit , quod etiam Astrologi ma-
iorum nostrorū ætate celebres , pseudopro-
phetæ à plaga mundi Aquilonari venturū

Torquati

Astrologi

de Aqui-

lonari

Pseudopro existimauerint. Torquatus enim Medi-
pberavati & Mathematicus, ad Matthiam Hungar-
cium. Regem, de imperij Ottomanici statu du-
vaticinium conserberet, de Religionistis
gotio Ecclesiæque Romanæ euentis quan-
dam admiscuit. A parte nimirum Septem-
onali oriturum pseudoprophetam, qui in
signiter Ecclesiæ esset interturbaturus, Ro-
manorum Pontificum auctoritatem dilata-
ceraturus, ac magnæ Apostolæ causam
& faciem subministraturus, qua accessi
& flagrantes Ecclesiastici, presbyteri secu-
lares & claustrales, à via veritatis in enormes
errores & hæreses foedas ruant & labantur
multaque id genus alia commemorat.

De eodem Ioannes verò Lichtenbergius, non sol-
Ioannis Lich pseudoprophetæ vèturi locù natalem, pe-
tenbergij tem Aquilonarem, ex communi Astro-
prognostic gorum sententia fore demonstrauit, sed
con Astro- tam etiam eius historiam, animi impetus,
logicum. dinem denique ipsum, vestiumque hereti-
carum colorem candidum, ad extremis
corporis latentia stigmata & maculas, quae
in Lutheri corpore hæsisce eius discipul
fessi sunt, ad viuum delineauit. Hic pseudo
propheta Septentrionalis, ut Lichtenbe

gius ait, Antonio de Monte Vlmo aucto-
re, nō semper opere exequetur ea, quæ alijs
facienda suadebit. Nam præclarum habe-
bit ingenium, multarumque rerum scienti-
am, ac maximam sapientiam, in hypocrisi-
tamen mendacium læpius loquetur, & cau-
tentiam habebit conscientiam, atque scor-
ponis instar, Martis virus & venenum in
cuda reclusum aliquoties effundet. Erit
moque multi sanguinis effusionis causa,
& quia Mars eius existit signator, apparet
quod confirmare velit Chaldaeorum fidē,
Meshala teste. Quanquam itaque multa si-
gna & prodigia dederit, iuxta tamen saluti-
lem Christi doctrinam minimè ei adhæ-
ndum erit, immo de illis esse videbitur, quos
Christus futuros annunciauit Matthæi 24.
Quis vobis dixerit. Ecce hic est Christus, aut illic,
mīne credere. *Surgent enim phendochristi & pseu-
doprophetæ, & dabunt signa magna, & prodigia, ita*
ut in errorem ducantur, si fieri posit, electi. Ecce
prædicti vobis &c. Quid autem bonę frugis
ab hoc Propheta fuerit expectandum, idē
auctor diuersis in locis exponit his verbis.
Sacras virgines & religiosas corpus suum
knocinijs pulchritudinis excolentes, ad li-

Lutherus
hypocrita.

Luther-
nica doctri-
nae fructus.

bidinē intētis fore, biguttas moniales ap-
staturas, inobedientiam magnā Romanq; Ec-
clesiæ vulgo oriturā, scādala in honores in-
tatū iri, prauos homines à magnatibus ami-
dos, justos piosq; vexandos, claustralium reli-
gioſitatē in multis locis extinguendā, & ho-
mines sine iugo & omnē luxuria exercentes
futuros. Rursus affirmat bella multa inter
magnates futura, incendiāq; maxima oritu-
ra, non sine alteratione cleri & populi.

*Iosephi
Grunpech,
de eodem
pseudopro-
pheta Pro-
gnosticon.* Astrologis hisce duobus tertium adiun-
gere libet Iosephū Grunpech, qui anno
1508. speculū Naturalis, cœlestis & Prophe-
ticæ visionis, omniū calamitatū, tribulatio-
nū & anxietatū, quæ super oēs status, stirpes
& nationes Christianæ Reipublicæ proxi-
mis temporibus venturæ essent, cōſcripsit.
In quo quidem sequentem propositionē
constituens, scilicet, superiorum Planeta-
rum infaustos ac infelices congreslus, reg-
norum euertendorum causas, Ecclesiæque
ruinam subministrare; irradiationes vero &
orundem Planetarum beneficas, tum reg-
norum, tum Ecclesiæ successus & incremo-
ta polliceri: capite quinto eiusdem sui fo-
tuli, ob horribiles maleficarum atque adeo
pluri-

plurimum coniunctionum, Saturni nimirū,
Iouis & Martis, quę anno tertio supra quin
gentesimum in cœlo apparuerant, sequen-
tiā mala minitatur. Ob coniunctionem
Martis & Iouis, aliasque ab ipso commemo-
ratis circumstantias configurationum
Planetarum, dissensiones, discordias, inimi-
citas, bella, fraudes, fallacias Europicis, tam
Ecclesiasticis quā secularibus principibus
denunciat. Spiritualium quoq; Principum
peculiaria damna, tam in dignitatibus quā
fortunis, partim proprio & domestico huic
asveneno propagata, partim externa vi in-
ficta, propter secundum Saturni & Mar-
tis in domo necis conuentum, vbi & Iupi-
tar à recto cursus tramite retrocedens, à Sa-
turno & Marte oppressus fuit: legumperi-
torum, Iudicum, Consulum, Prætorum, Re-
ctorum Ecclesiarum & Principatum, &
regorū summā difficultatē, intoxicatio-
nū & oppressionum discrimina significat.
Qua de causa extorrē iustitiam per omniū
solitudinū inuia loca oberraturā affirmat.
Eadē Ixuitiae flāma, inqt, in oēs prope septi-
mi climatis tractus, ppter Iouis & Martis
comixtionē in scorpione, concremabuntur

templa & coenacula, vix te Christus in aris
sacerdotis manibus ab hostium insultibus
tueri poterit. Tanta furet insania Christi-
colarum cæcitas in proprij redemptoris &
saluatoris membra. Proh Deum atque ho-
minū fidem, quorsum euangelicet salus Chri-
stianæ Reipubl. Hinc profecto torrentes
damnorum excurrent, effringentque & co-
terent omnes Ecclesiæ continentis. Dum-
modo equidem viscera aliquorum torque-
tur dolorum tormentibus, cruciatus & in cæ-
tera membra exteriora excutiantur necesse
est. Igitur dū media loca Christianæ Reip.
cuuimodi sunt Germania, Italia, Gallia, q̄
gerūt se in corpore Ecclesiæ principalia me-
bra: Italia, propter Christi vicarium, caput;
Germania, propter Imperatorem, in quo
totus vitalis Imperij & totius Christianæ
Reipub. vigor consistere debet, cor; Gallia,
propter vicinitatem, qua ambobus locis
sufficientes subsidiorū humores oriri pos-
sunt, hepar: fluctuant aliquibus bellorum
procellis: operæ pretium est, ut & exterioris
tractus, Hispania, Britannia, Sarmatia, simi-
libus conquassentur & concutiantur mo-
tibus. Qua ratione facile contingit toto
peri-

periclitari Ecclesiam. Hæc Iosephus Grunpech ex quibus colligimus, dum septimo climati mala huiusmodi euētura denūciantur, & Germaniæ tanquam cordi, cuius visceri dolorum terminibus torqueantur, principium eorum tribuat: cum non solum Astrologorum, quos supra commemora-
vimus, sententiam in genere comprobare, verum etiam calamitates ab Aquilonarium Germanorum hæresibus in Ecclesiam Romanam maiorum nostrorum ætate inuectas non obscurè ostendere.

De Luther-

Quemadmodum igitur Astrologi pseu-
ri iam nati-
do prophetae Aquilonaris aduentum mul-
schemate, to ante quam nasceretur, prænunciarunt: *natalitio*, ita etiam eius iam exorti, videlicet Lutheri, *Astrologo-*
schema natalitium erexerunt & explicarunt, *rum iudi-*
cia, ut apud Cardanum & Lucam Gauricum vi-
dere est, quorum vterque in eo conuenit,
ut propter horridam planetarum constitu-
tionem, tum verò corundem conspiratio-
nes atroces, pestilentem & sacrilegum hære-
ticum, Ecclesiæ Romanæ pernitiosum eum *Cardanus*
futurum fuisse existiment. Mars enim, Ve- *de Luther*
quid senti-
nus, Jupiter iuxta virginis spicam coeuntes, *at.*
ad cali imum scilicet, secundum Carda-

G 5 num,

nū, regiā potestate, sine sceptro tamē, decer
nebant, idq; prop̄ spicā virginis, potissi-
mū in Religiōis negotio. Affirmat aut̄ mū-
dū huius schismate feruere, ob admixtionē
Martis & caudæ, soluiq; eo ipso infinitaq;
reddere capita eius hæresim, vt si nihil aliud
eius errorē conuincere possit, multitudo
tamen ipsa opinionum eius fallitatem argue-

*Lucas Gauricus ait, horrendam quinq;
vici de Lu- Planetarum, Saturni, Mercurij, Iouis, Vene-
zberi nati- riis & Solis coitionem sub scorpij asterismo,
uitate iudi in nona cæli statione, efficere ipsum sacrile-
cium.*

*Nona &
tertia do-
mus religi-
onis sunt.* gum hæreticum, cuius anima, ascendentis
ad horridum corpus Martis directione à
corpore separata sit, tandemque delata ad
infernum inferiorem, ibique a furijs infer-
naliibus Alecto, Tephone & Megera, can-
dentibus flagris verberetur. Atque his
quidem Astrologorum testimonijs nostrā
de Aquilonari plaga, Meridionali, nimi-
rum Ecclesiæ, semper infesta sententi-
am, satis iam esse probatam existimo.
Reliquum est ut viuis exemplis ex historica
veritate depromptis eandem confirmem-

Historica mus.

de Aquilo- Spacium itaque præteriti temporis dum
respi-

relicimus & memoriae ultimæ recorda- *naribus*
 mur in initio se se offert Ecclesiæ malignan *mundi par-*
 tum caput ac primas Cain, qui cum a- *tibus testi-*
 vanitia ac odio impio accensus, sanctum *monta.*
 Abelum fratrem, typicum Christum, in li-
 gno, terra eius sanguine madente, maectat-
 let, profugus super terram factus, ad Aqui-
 lonares principis huius mundi plagas rece-
 fit. Cuius propago tyranni gigantesque pri-
 mi ævi, Noeum, calumnijs proscindentes, di-
 luicio periere.

A diluvio verò hominibus multiplicatis, in transmigratione gentium, cultu veri Dei & lingua mystica in domo Heber reliquo, hominum impiorum posteritas in mudi partes Aquilonares similiter recessit, atq; ibi in Babylone, dissidentiæ ciuitate consti- *Babylonis*
 tuenda, temere occupati, in varias orbis pla- *confusio A-*
 gas diffusi sunt, indeque Schytissimi & Grae- *quilonaris.*
 cissimi auctores primi, Epiphanio teste, origi- *Abrahami*
neum traxerunt. *posterioritas*

Similiter Abrahæ Chaldaica calamitas, *Israëlitæ,*
 Ecclesiæ successus adumbrans, ab Aquilo- *ab Aquilo-*
 nibus mundi plagiæ domui Dei quid *narib' sem-*
 expectandum fuerit, euidenter præfigu- *per affliti-*
 rauit. Ut enim Abrahamus à Chaldæis

per ignem, ut aurum optimum, probatus est: ita etiam Ecclesia Dei per Aquilonares afflictiones saepissime oppressa, & subinde etiam punita iusto Dei iudicio traditur. Idque tum manifestum euadet, ubi eius eventus historicos explicauerimus. Statim enim ab initio, Abrahæ posteritati, domui Iacob scilicet, ex Aegypto, diræ seruitutis domo ferrea, huius sublunaris mundi umbra, in terram promissionis tendeti, Aquilonares hostes occurrerunt, eumq; perdere conati sunt. Israeli enim per mare Rubrum vix desertū ingresso, post contradictionis malum, continuò fit obuius cum infestis copijs Amalech, cuius impetu, ardenter Mosis deprecatio, Aarone & Hur manus ipsius in cælum sustollentibus, auertit: vt hoc veluti historico argumento, Aquilonarium in Ecclesiam Dei impetus, & quo pacto acerbitas eorum ab ea auerti possit, innuantur.

*Rebellio Co
re, Dathan*

& Abiron, Nouas interim Szaphon illo Septentrionali infidias struente Israeli, in Aquilonē ex conspi- ratione cū tendenti, alia occurrit calamitas, ad Idololatria Aquilonā- trię & apostasię abominationē populū cōribus, nata. uertens, ut domo Dei relicta, confusione Cor,

Core, Dathan & Abiron, magno suo malo,
 populus imprudenter sectaretur. Quo tumultu sedato, ad apostasiæ scelus expiadū,
 Aquilonis terra relicta, in meridiē ad tricesimā secundam usque mansionē, mare Rubrū
 versus ascendit populus, à qua in Aquilonē
 recedens, nouis malis Septentrionalibus im-
 plicatus est, adeo quidem magnis ac horri- *Aqua con-*
bilis, ut ipse Moses, qui fidelis minister in
domo Dei vocatur, hæsitabundus aquas è
petra durissima, contradictionis & diffidē-
tiae scilicet, tricesima tertia mansione pete-
ret, & ad Cades à Rege Edom transitum so-
lum requirens, repulsa amplexu sit, & ad la-
tus recedens, eius regnum declinare coa-
ctus fuerit. Adeo enim Aquilonare repro-
bationis semen electo populo præualuerat,
ut minimè mirandum sit, ab Aquilonari
mundi plaga interturbatores & hæreticos, *Esaueiusq;*
per Idumeos prefiguratos, dum ab Esaue ortū posteritas,
*trahat, in domū Dei irruere & sanguire. Esaue *hæreticorū**
typus.
n. p pane & lētis edulio vēdedit primogeniti
ta & abiit parui pendes, quod primogenita
vendidisset. Tradunt aut̄ Hebrei, ut Hiero-
nymus in epist. 26. ad Euagriū scribit, qđ usque ad sacerdotiū Aaron, oēs primogeniti

ex stirpe Noe fuerint sacerdotes, & Deo vi
 etimas immolarint: & haec esse primogenita,
 q̄ Esau fratri suo viderit Iacob. Parui
 ergo facere sacerdotale dignitatē, & ei pre-
 ferre bona secuti, quae sunt cīcaventis, hoc
 vnu est ex illis signis, per q̄ heretici & apo-
 statē cognoscuntur. Ut recte hic per Idu-
 mæos Israeli obuersantes, hereticos intelli-
 gamus.

Satan Ca- Vix itaque parta per fugam populo salu-
naneus. te, Canangus Aquilonius, tenebrarum prin-
fraudulen- ceps, Meridionali Israeli occurrit. Quo su-
tus anima- perato, eiusque fede maledictionis abomi-
rum mer- natione execrabilis constituta, ab occulto
cator. hoste tamen Israël superatus est, ut multo-
 rum millium cadaveribus in deserto pro-
 stratis, magnam cladem sustinuerit, quo ad
 serpens in altum sublatus, venenosos mor-
 fus occulti istius hostis sanarit, salutem
 per Crucis lignum, Christo liberante mun-
 dum, humano generi partam adumbrans.

Deuictus hoc Christi crucifixi typo oc-
 cultus, atrox & crudelis ille hostis, nouas rur-
 fus carnali populo carnales infidias struxit,
 Amorhaës, Og Rege Basan, cum filiis &
 gente sua, ac Moabitis excitatis. Idololatria

&

luxuria, quos viribus superare non poterat,
consilio Balaam auari Propheta & Merce- *Balaā A-*
deconfusi, aggressus est: qui tamen sceleris *quilonarius*
fui, quinque Regum Balaam ac totius po- *Propheta*
puli interitu, pœnas condignas sustinuere. *cōductiti*,
ut hoc argumento conuincatur, præterquā *Israeli ad-*
quod Aquilonarium sauitiam innuat, eos *uersatur.*
non semper superaturos, sed ad extremum
domum Dei illis præualituram esse. Atque
tandem Aquilonari hoste superato & deui
cto, septima arcæ eius, quod proxime insta-
bat, sabbati circumlatione conuente Ieri-
cho, Israeliticus spiritualis populus terram
repromissam, supernam Ierolonymam ad-
umbrantem, ingreditur. Vnde rectè vide- *Peregrina*
tur inferri posse, cum Israelis per desertum *tio Israelis,*
peregrinatio, Ecclesiæ Dei fortem præfi- *fortis Ec-*
guret, eius nempe primū, quæ in Asia fuit *clesia figu-*
kerosolymæ, deinde que in Europa Romæ: *ra.*
Aquilonares mundi incolas, ad sublunaris
huius Iericho ruinā usq;, hostes ac oppugna-
tores rectè constitui, præfertim cū hanc my-
sticam Israelis, Ecclesiæ nimirum Dei, cladē
accalmitatē ipse rerum euentus clarissimè
demonstret.

Sed cum in declarandis Isra-
lis

tionebus Is- lis desertum, oberrantis mysterijs versemur,
 & aditicijs & huius etatis hominibus nihil satis firme
 puli circa solideque demonstrari possit: clarum legis
 Tabernacu & exilij Israelis typum, magni mysterij, quo
 sū, regnorū Aquilonarium Ecclesiæ Dei hostium qua-
 Christiano litas ad viuum exprimatur, in medium ad-
 rum ad Ro ducemus. Tabernaculum itaque Deo de-
 monstrante Mose constitutum, templum
 locum situm accedit. Salomonis primò, deinde Ecclesiæ Dei tam
 onem desigunt Synagogæ quam Christi, haud dubie signi-
 gnari. ficationem habuit. Qualis itaque mystica
 tabernaculi ratio fuit, talem & duodecim
 tribuum circa tabernaculum vndeque ca-
 stramentantium habitudinem & qualitatē
 esse Analogia & proportio conuincit. In
 quatuor itaque mundi plagas circa taber-
 naculum, quæ tribuum diuersitas & quali-
 tas: eadem populorum circa Synagogam &
 Ecclesiam Christi commorantium, Analo-
 gia id conuincente, conditio erit. Demon-
 stratur autem capite 2. Numerorum, ad O-
 rientem tabernaculi Iudam fixisse tētoni,
 Ruben ad Meridianam plagam, ad Occidē-
 tem Ephraim, ad Aquilonem filios Dan,
 & osque nouissimo omnium profisci solito-
 que
Nota, qui per L. cuitas tabernaculo sublato. Dan it-

que coluber in via, ceraastes in semita, mordens vngulas equi, ut cadat ascensor eius retro, excusus posteritate, indigna signari ab angelo habente signum Dei viui, Antichristus expectatur, cum sua gente in Aquilonarem tabernaculi plagam hærens, nihil aliud praefigurauisse videtur, quam dæmonū castris, eorumque satellitio, perditionis membris, ab ea mundi plaga, tabernaculum, hoc est domum Dei, tam legis quam Ecclesiæ tempestate, ad finem usque saeculi excruciantiam & affligandam esse. Euentus vero cum Synagogæ, tum Ecclesiæ Christi, huius mysterij veritatem dum evidenter ha-
ctenus declararit: mirū non est, si apud nos fidem hæc typica designatio mereatur. Ne-
mo enim magis diuexauit vñquā Ierosoly-
mitanam urbem, quam hostis Aquilonaris. Similiter Ecclesiæ Romanæ, ut sequentia a-
bunde comprobabunt, nunquam Aquilo-
nans hostis desuit.

Ad Ierusalem quod attinet, in medio mu-
di sitam, Ezechiele teste, quo in omnes cæte-
ras orbis partes Euangelium æqualiter pro-
pagaretur, licet omnium tyrannorum Ori-
entis, Meridiei, Occidentis & Aquilonis o-
Ierosoly-
ma hostes
Aquilonar-
res suis,
describi-
tur.

H culos

culos veluti spina torscerit : tamen Deo ipso cæterorum potentiam cohibente, solum ab Aquilonaribus direpta ac deuasta ta est, ac suo cum magnificentissimo templo in cineres & sumum conuersa, Prophætæ Jeremiæ verbis, alijsque legis arcanis hanc depopulationem multò ante, quam facta fuit, præfigurantibus. Hinc Esaias Prophetæ virgam Dei Nabuchodonosor appellat, quod eius opera velut instrumento, populi sui sceleribus expiandis utatur, eius crudelitatem, quia peccata Iudeæ meruerant, non arguens, sed quod Iudeam dominandi libidine, non castigandi animo sibi subiugauisset, siveque potentia victoriam, supra quam homini par sit, exiliens, non Deo tribucret. Hinc Prophetæ eius stultitiam corripientis voces, Nunquid securius elevar se contra secantem in ea, & virga contra percutientem in ea?

Aquilonarium Synagoga & Ecclesiæ Romanæ Simili modo hoc nostro quo Ecclesiam languida, vulnere, liuore, ac plaga humerū penitus torpidatam, non circumligatam, nec curatam medicamine, nec sotam oleum paratio. non ut purgent aut ad purum scoriamus.

excoquant, omnēque stannum ejus aufe-
ran, & iudices in ea, ut fuerunt prius, consū-
tuunt, rigidi Aquilonares populi insurgūt:
sed suę libidini & rapidę cupiditati, a prin-
cipe huius mundi instigati, suo Idolo, præ-
cursori Antichristi ut subseruant, ac mag-
no illi, cuius Paulus in Epistola ad Thessa-
lonicenses meminit, viam præparent, diuini
spiritus vegetabilem vim ardoremque cha-
ntatis, si quis superfit, arundinis conquaſſa-
tæ ac lini turigantis ut contringant, peni-
tus extinguant ac conculcent. Quod quia
Tyrannorum Synagoga affligenū histo-
riæ præfiguratum est, præterquam quod &
ijs ipsi Ierosolymæ Aquilonares hostes sue-
nūt, coni gesta breuitate cōmemorada cēleſt.

Horū primus, ut ceteros à tempore Iosue, Ieroboā ſi-
David & Salomonis d Roboā ſisque, omit *Ius Nabat*
t, Ieroboā ſuit filius Nabat, qui domū Ju- *Aquilonar-*
de, præter ceteras Aquilonares gētes, graui- *ris Jude ho-*
ter affuxit. Ut mirū videri nō debeat, domū *stis, & here-*
ſucū Alemannū, eiusque fratrem Gallum, *ricorum hu-*
contra Ecclesiam insurgere, ac non temere *iis tempo-*
Ecclesiam Romanam, i quallorem feruitu- *ris typus vo-*
tus formidantē, cum Eſaiā lamētari, videli- *rissimus.*
cet: Filios enutriui & exaltaui, & ipsi ſpre-

Nota, in- uerunt me, cognouit bos possessorum suū,
gratā Ger- & asinus præsepe domini sui : Israel autem
maniam, & me non cognouit, & populus meus nō in-
Ro. Pontifi tellexit. Ieroboam hic, exitialis domus Iudæ
cibus exal- hostis Ephratæus, in monte Ephraim Sep-
tatam. tentionali regiam constituens, ne populus

Ierosolymam ascenderet, & Domino ibidē
 sacrificans, ad domū Iudæ conuerteretur;
 ex cogitato consilio, animos populi ad Ido-
 latriam cum prop̄edere persp̄exisset, du-
 os vitulos erexit, & vnum in Bethel, alterū
 in Dan posuit, dicens. Nolite ascendere in
 Ierusalem, ecce dij tui Israel, qui te eduxerūt
 ē terra Aegypti. Et fecit phana in excelsis, &
 sacerdotes de extremis populi, qui non erāt
 filij Leui. Sic domus Iuda, non solum ab A-
 quilonari hoste Babylonico, sed etiam à
 vicino & sanguinis necessitudine deuin-
 eto, cōtribuli, afflīcta & immane vexata tra-
 ditur. Quæ calamitas vt vicinior, ita perni-
 tiosior domui Iudæ extitit, qua effectum
 est, ob Idololatriæ scelus, vt non Israel solū,
 sed decem tribuum regnum Ephratæus,
 verum etiam domus Iuda, hostium Aqui-
 lonarium seruituti affligenda tradita-
 rit.

Eadem

Eadem planè Ecclesiæ Romanæ conditio est q[uod] ab Aquilonaribus Chaldaeis, è Bethel i.
thele, ne dicam Bethauen, in eam irrueruntibus, in Bethauen, hoc
vt domesticis, maiorem cladem, quam ab illis extraneis hostibus, hactenus sustinuit, est, domū
& perpetua est. Hæresi enim Chaldaeorum sceleris, ab Aquilonarium, quæ non aliter, quam cancer serpit, id hactenus effectum est, ut non solum per universam Germaniam, quæ ve-
lut Bethel Europicæ Ierosolymæ, in Aqui-
lonem sita est, verum etiam ad Dan, per in-
feriores Europæ partes, Angliam & Galliæ
florentissimum olim regnum, Hispanias usque,
Ecclesiæ Catholicæ religio & obediens
traexulare, charitasq[ue] iam refixisse passim
cernatur. Atque utinam breui Iosias ille sur-
gat, cathedrasque decem tribuum cuertat,
vitulosque in Bethel Germanorum, & Dan
Gallorum conterat, ac in profluentem æs
illorum mittat; quo Populus bibes, à ferméto
Samaritarum diuina gratia repurgatus, er-
rotum suum tandem agnoscēs, culpam de-
precetur. Ab Aquilonari bus enim mundi
partibus diuini verbi vim & efficacitatem,
vanitatis nubes disiijcientem expectare, te-
merarium planè existit. E Sion enim,

ns MYSTICI AQUILONIS

plaga Mēdionali, in Septenitriōnem, & nō
ēconīā, diuinæ legis promulgatio proce-
dit.

*Syr^r Aqui-
tonaris Is-
raelis ho-
stis, pecc-
to cessaute
yincitur.* A Septentriōnali verò mundi parte,
super domum Dei recalcitrantem, manda-
torumque eius immemorem, hæresis & af-
flictio expectanda, vt ex historia sacra
conuincitur. Postquam enim Joachaz
filius Iehu, regnauit super Israel in Samaria,
secutusque est peccata Ieroboam filii Na-
bad, iratus est furor domini contra Israel,
& tradidit eum in manu Hazael Regis Sy-
riae, & in manu Ben Adad filii eius : à qui-
bus ita attritus est, vt solum de populo
Joachaz quinquaginta equites, decem cur-
rus, & decem millia peditum superfue-
rint. Cæteros enim Rex Syriae interfeci-
rat, & in pulucrem quasi tritura areæ rede-
gerat. Ac tum demum Israel ab oppressio-
ne illa liberatus est, vbi Rex eius Ioas ad
Elisœum, tanquam ad aquas Meridio-
nales, lachrymis uberrimis, veræ pœnitentiæ
signo, compunctionem animi conte-
status ascendit, ac sagittam salutis domi-
ni contra Syriam obtinuit, & sic urbo
de manu Ben Adad filii Hazael iure piz-
Lijar.

bij; arcu ac sagitta sanctificata extor-
fit.

Vt Israeli Syrus, ita etiam Iudei Isra- *Israel Iu-*
el veluti Aquilonaris hostis prævaluit. A-
masias enim Rex Iuda, populo adhuc a-
dolente incensum in excelsis, ob partas
natorias insolentior, cum exercitu ac
militaribus copijs prostratus, in Bethsa-
mes à Ios Rege Israel captus est, qui mu-
rum Ierusalem à porta Ephraim usque ad
portam anguli, quadringentis cubitis c-
uertit, ac omne aurum & argentum, vni-
uersaque vasæ, quæ in domo domini & in
thesauris regis reperiebantur, abstulit, &
obfidibus acceptis, reuerfus est in Samariā.

Insigne exemplum afflictæ domus Iu- *Iudea con-*
da, cum à decem tribubus, tum vero ab
Abytis, habemus in historia Achaz Regis
Iudei, qui dum Dei voluntatem negigeret,
*& in via Regum Israel ambularet, & fili- *iunctis Isra-*
*um suum consecraret dæmonijs, transfe- *elis & Syri**
renceum per ignem, secundū idola Gentiū,
immolans victimas & adolens incensum in
excelsis & in collibus, & in omni ligno fron-
dōlo: ascendit Rasin Rex Syriae, & Phacee
Oppugnat-
*tur.**

filius Romeliae Rex Israel, ad exoppugnan-
 dum Ierusalem. Et quamvis Esaias Proph-
 etus, & potis
 simū insi-
 deliū, subsi-
 diū pericu-
 losum.
 Extero-
 rū, & potis
 simū insi-
 deliū, subsi-
 diū pericu-
 losum.

dum Ierusalem. Et quamvis Esaias Proph-
 etus, & potis
 ta, à duabus caudis titionum fumigantium,
 minimè formidandum esse denunciauit:
 misit tamē Rex impius nuncios ad Teglat-
 phulasar Regem Assiriorum, vñā cùm argē-
 to & auro, quod in domo domini, & in the-
 sauris Regis reperiebatur; quo cius armis ac
 fortitudine bellica adiutus, hostium terro-
 ri resisteret, & Ierusalem liberaret. Quod ta-
 men male ciuitati cessit, cum ea occasione
 non solum templum & domus regia spoli-
 ata, sed & idololatricus cultus Damasco in
 domum Dei inuenitus sit. Ut altare æreum,
 quod coram domino erat, de loco suo & de
 loco templi, non sine magno mysterio ad
 latus altaris Aquilonare reponi debuerit,
 voluntati Achab referuatum: innuens, ex ea
 tanquam materia, horrenda bombardarū,
 Angeli abyssi instinctu, tormenta, quinto
 statu Ecclesiæ, apud Aquilonares mudi in-
 colas conflanda esse. Licet impius Achab,
 Esaiæ Prophetæ verbis fidem habere nol-
 let: euentus tamen Prophetæ veritatem
 confirmauit. Dixerat enim Esaias Proph-
 etus, Et adhuc sexaginta & quinque anni, &
 deli-

definet Ephraim esse Populus. Regnante *Israel*, ab
enim Osee filio Ela, super *Israel*, & faciente *Aquilonar-*
malum coram domino, ascendit Salmana-
Rex Assyriorum, & factus est eius seruus
Osee, reddens illi tributa. Vbi verò confi-
dens in baculum arundineum, Aegyptum
salicet, tributum negaret: à Rege Assyrio-
num vincitus in carcerem missus est, & cepit
Rex Assyriorum Samariam, & transtulit Is-
rael in Assyrios, posuitque eos in Hala & in
Habor, iuxta flumen Gozan, in ciuitatibus
Medorum, & non remansit nisi Tribus Iu-
da: proiecitque dominus omne scimen *Isra-*
el, & afflixit eos, & tradidit eos in manu di-
picientium, donec proijceret eos à facie
sua.

Populus Samaritarum in locum decem
Tribuum succedens, ut scriptura affirmat,
venerat de Babylone, de Chuta, & de A-
uach, & de Emath, de Sapharnaim: ut quid
de Aquilonaribus, in domum Dei irrumpe-
tibus sentiendum sit, facile colligere liceat. *Samarita-*
Aquilonar-
res, hereti-
corum no-
stri tempo-
ris typus
ipissimus.
Monstrosa enim opinione, qua dissentient
hæretici, varietas hic tacite arguitur. Vi-
ni enim Babylonij Socoth-beuoth, vii au-
tem Chutei fecerunt Nergel, & vii de E-
H 5 math

math fecerūt Asmīa. Porro Heuæi fecerū
Nebahaz & Tharthac. Hi aut̄ qui erāt de Se-
pharnaim, cōburebant filios suos igni Adn-
melech & Auamelech dijs Sepharnaim, &
nihilominus colebant dominum. Fecerūt
autem sibi de nouissimis sacerdotes excel-
lorum, & ponebāt eos in fanis sublimibus.
Atque ita decē Tribus ab Aquilonaribus
deuistatæ, & in captiuitatē abductæ sunt.

Verum cum nec Tribus Iudeæ custodiret
Babylonī- mandata domini Dei sui, sed ambularet in
orūm Aqui erroribus Israël, proiecit Dominus omne
lonariū in semen eius, & affixit eos, & tradidit eos in
Iudeos bel manu diripientium, donec proiceret eos
Iam, multo à facie sua, vt per Esaïam Prophetam, E-
ante predi zechijæ Regi, non longè post futurum esse
Esum. Ecce dies, inquit Pro-
pheta, venient, & auferentur omnia, quæ
sunt in domo tuā, & quæ condiderunt pa-
tres tui usque in diem hanc, in Babylonem:
non remanebit quidquam, ait dominus,
sed & de filiis tuis, qui egredientur ex te,
quos generabis, tollent, & erūt Eunuchū
pilatio Regis Babylonis. Similiter locutus
est in diebus crudelissimi tyranni Manasi
in manu seruorū suorū Prophetarū, do-
nus.

hus. Ecce ego inducā mala super Ierusalē & Iud, ut quicunq; audierit, tinniat ambæ au
res eius: & extēdā super Ierusalem funiculū
Samariz, & pōdus domus Athab, & delebo
Ierusalē, sicut deleri solet tabula, delēs ver-
tū & ducam crebrius stylū super faciē eius.

Hec Prophetarum vaticinia euentus
postmodum approbavit. Venit enim Nā- *Babylonis*
buchodonosor, anno tertio Regni Ioa- *ca Iudea ea*
chim, filij Iosif Regis, cum ingenti exercitu *primitas*,
in Iudeā, multis acceptis auri & argēti talē- *Aquilonis-*
ris.
captiuisq; ē regio genere cōpluribus, &
lācis vasī correpus, impositoq; Regi tribu-
to, in Babylonē recepsit. Vbi vero Ioachim
pactū suū in tributo soluendo falleret, Nā-
buchodonosor altera vice exercitū ac mili-
tates copias ingētes cōtra Ierusalē adducit,
ac Ioachim imperfectū de muro p̄cipitari iu-
bet, ac eū in sepolcru reliquit. Ceteris in serui-
tū redactis, Rege cōstituto Iacim, qui eti-
am lechoniās dictus est (Filius autem hic su-
i: Ioachim) in Babylonē se recepit, tribusq;
mensibus, diebus insuper paucis præteritis,
cū ipsum cognouisset sc̄ditionē concitas-
le, rufus reuertitur, eumq; vinclū cū haud
mediocri multitudine, bello captū abducit,

Regemque eius patrum creat, prioris Ioa-
cim filium Mathaniam, qui item Sedecia
appellatus est, ab eo iuramento accepto, so-
re sibi fidum, & statu tempore soluturum
tributum. Verum cum nec hic in fide per-
steret, sed ad Aegyptios profugisset, rursum
coacto exercitu, urbem Ierosolymam inua-
*Ierosoly-
me vasta-
tio.*
sit. Qua cum hominibus capta, Regiam ip-
sam, & sacrum Dei templum, atque adeo o-
mnem splendidam domum igne combus-
sit; quique fami & hostium cædi superfu-
issent, eos omnes captiuos abduxit, vasaque
omnia, non solum quæ ex auro argenteique
materia confecta erat, sed etiam columnas
ex ære constructas, in Babylonem asporta-
ri iussit. Atque ita Aquilonarius hostis
Nabuchodonosor, Regno Iudaico finem
dedit.

Reditus Iudeorum ē Babylone. Multò autem post tempore, anno pri-
mo Cyri Persarum Regis, qui fuit deporta-
tionis Iudeorum in Babylonem septuage-
simus, misertus Deus captiuitatis Iui popu-
li, & excitato ad id Cyri animo, effecit ut Ie-
rosolyma & templum ædificaretur. Atque
ea occasione Iudaicae & Beniamiticæ tradi-
bus primarij, redeuntes in Iudeam, ad di-
tam

tam urbem Ierosolymam, aram Deo in quo prius fuerat loco ædificauerunt, & in ea ho locuta matutina atque vespertina obtulerunt, & templi ædificationem aggressi sunt.

Quod malignus ille Zaphon, antiquus *Ierosolymit* suspens non ferens, finitimas Aquilonares ^{tam templi} gentes, præcipue Samaritas, in Iudeos ex- ^{restaura-} atavit. Qui Zorobabel ac Iesum Sacerdo ^{tio ab Aqui} tem adeunt, & ad ædificationis societatem lonaribus admitti postulant: repulsa vero passi, ab ^{gentibus im} ædificatione eos auertere studuerunt, eosq;, quibus ædificationis promotio à Cyro erat commissa, pecunijs corrumpere aggrediu tur, vt suam illis circa demandatum officiu curam venderent. Atque ita ex ædificatio templi, impostura Aquilonarium, toto vite Cyn tempore impedita fuit, ipso in alia ne gotia distracto.

Cyrus verò ubi Massageto bello perijt, ^{Iudei apud} Cambyses in paternum principatū luccel sit, apud quem Aquilonares Samaritæ, re bellionis & detectiōis Iudeos accusantes, ijs ^{Cambyses} ^{à Samari} ^{tis Aquilo} ^{naribus re} ad secundum annum Darij usque, qui eti bellionis am Artaxerxes dictus est, prævaluere. Eo e nim regnante, Aggeo & Zacharia vatici nan-

nantibus, cœpere Zorobabel & Iesus sacerdos intermissionem fabricam continuare, Samaritarum criminationibus editio publico à Dano repressis. Ut hinc manifestum uadat, non solum ante urbis Ierosolymam inam, ipsius captivitatis Babylonicae, scutum afflictionis extremæ tempore; verum etiam post illam, secundo hoc templo exadificato, ab Aquiloneribus hostibus, inter quos & Samanitæ ratione situs fuerunt, ad eius vi que euerctionem sub Tito & Vespaliano, anno Christianati LXXII. horridam & atrocem, afflictam & immane vexata fuisset. Propterquam enim, quod Samaritæ domum Iudeæ affigerent, etiam sub fraternitatis titulo, quem subinde sibi, falso tamen, arrogabat, ubi commodi aliqua spes hinc affulsiisset, eorum privilegijs frui, & concessarum eis immunitatum participes esse postulabant. Cum enim Alexander Magnus, diuino numine temtus, Iudeis ubique patrijs uti legibus permisisset, & septimum annum, propter sabbatum terræ, sine tributo fururum indulsiisset, Iudorum cognatos se esse dixerunt. Eodem plane modo, cum Minasses Iaddi Pontificis frater, partim alienigenæ in uxori duces.

*Nota hic
mysterium.*

ducendæ libidine, partim summi sacerdotij consequendi ipse, à cathedra Moysis & successione Pontificum deficeret, sc̄que ad Sanaballetem Persam conferret, & in monte Garazim templo exædificato, apostatum illud sacerdotium administraret: eius templi honorem Samaritæ Ierosolymitanο conferre, atq; adeò præponere ausi sunt. Vnde manifesto constat, eos non solum affixisse Iudam, sed sibi etiam eius templi prærogatiuam ac sanctitatem arrogauisse: ut per Samaritas, hæreticos quinti status Ecclesiæ, domus Bethel, per Analogiam designari, nulli dubium esse posuit.

Dum autem ad exemplum Manassis, *Occasio di-
Onias, qui & Menelaum se dici voluit, cum reptionis
Tobiæ filii ad Antiochum Epiphanem A-* Ierosolymit*quilonarem recederet, ciuratisque patrijs rana, ab A-
institutis ac legibus, Græcanicos ritus quilonari
amplectetur, magnam ei subuerten- Antiocho
de & penitus extirpandæ Iudaicæ religi- falle.
onis occasionem præbuit. Quantam
autem hinc calamitatem Synagoga Iude-
orum accepit, Machabæorum histo-
ria luculenter ostendit. Tum demum
enim*

*Iosephus li.
II. cap. 8.*

enim Iudaismus, qui iam inde ab eo tempore, quo Abrahamus circumcisionem accipit, integer inculpatusque permanferat, in variis hæreses & sectas Aquilonares distrahit cœpit. Nimirum, in Sadducæos, qui resurrectionem negabant: in Scribas, qui sophisticè scripturam interpretabantur: in Phariseos, qui fatum ponebant: in Hemerobaptistas, qui quotidiè lauabantur: in Nazareos, qui fictos eos esse libros contendebat, qd Mosis nomine circuferebatur: in Ossenos, qui virginitatē odio persequabantur: denique, in Herodianos, qui ob magnificentiā templi ab Herode constructi, licet polluti, Christum eum esse dicebant. Ex quibus omnibus Ierosolymæ fatum, & quid malorum ab Aquilonaribus sustinuerit, aperte cognoscimus: cui quidem vrbi, ne quid ad extremam miseriā deesset, exterminium ultimum Aquilonaris euersor Titus & Vespasianus intulerunt, vt ex monumentis historicarum omnibus est notissimum.

Ecclesia Catholica, tam Orientis, quam Romanæ contigisse, argumentis historicis Occidentis conuincamus. Euentus ipse rerum, optimis, calami veritatis magistra, declarat, Ecclesiæ Chri-

Catho-

Catholicæ, siue illam Orientalem Constan^{tines}, ab A-
tinopoli, siue Occidentalem Romæ consti^{tu}tuonari-
tum ac residentem species, nullum vnb^{us} illata.
quam acerbiorum, nullum truculentiorum
situm extitisse, quam qui Septentriona-
lissimam plagam, ubi Scytharum efferatæ
potis & barbaræ sedes est, incolit, qui que
Aquilonari, horrido ac truci Saturni an-
gulo, in meridiem, prorupit & insitam ani-
mo sauitiem ac furorem longè lateque cul-
tissimis & quietis nationibus cuersis ostendit.
Nam ut nominis ipsius omnibus noti
figuracōnēm truculentiae plenam hic o-
mnitamus, hoc ipsum immanis illa morum
barbaricæ, quæ gentium Aquilonarium na- *Orbis vasta*
turam ex crudelitate atq; sauitia planè cō- *tores ex A-*
positam arguit, & tot tamque frequentes *quilonari*
& horrendæ ipsorum eruptiones transmisit. *plaga pro-*
rumperet.
partesque conuincunt. Præterquam e-
quod Constantinopolim & vniuer-
sam Thraciam, omnem quoque illum Eu-
ropæ tractum, qui à Danubio Rhenoque
ad Oceanum usq; Germanicum pertinet,
grauissimis cladibus affecerint: etiā in Ita-
liam, Galliam, Hispaniam, & cæteras Eur-
opeas partes sauvissime irruperunt, adeò ut à

Gothis & Vandalis, gentibus Aquilonari-
bus, vrbs Roma, supra-^{ma} Catholicae Eccle-
sie sedes ac domicilium, intra centum tri-
ginta nouem annos quater euersa direpta-
Romanæ
vrbis direc-
ptiones. que sit. Primum quidem ab Alricho, sub
Honorio, anno Christi CCCC. XII. De-
de à Geneserico Vandalo, Martiani tempo-
ribus, anno Christi CCCC. LVI. Tertio à
Gothorum Rege Totila. Et hæc ipsa Ro-
manæ vrbis oppressio, grauissima omnium
fuit. Nā capta simul & direpta, lamentabili
incendio cōflagravit, imperante iam annū
vicesimum primum Iustiniano. Quarto de-
mum & postremo, anno nati Christi D.LI.

Nota aqua expugnata fuit. Post quam deuastatio-
rū Meridi- nem, Totilas S.Benedicti oratione ac mo-
onalium ar-
canum. nitis clementior factus, ciues Romanos
in patriam redire, & urbem instaurare
permisit. Quum autem calamitas tam
insignis & vastitas, non solum Ecclesiæ, ve-
rum etiam Europæ vniuersitæ, à Goths,
Vandalis, Hunis, Alanis, ac alijs id gen-
Aquilonaribus gentibus illata, omnibus
vel generale saltē aliquod Chronicorum
runt, notissima sit, superuacaneū existim-
fusiorē hoc loco eius narrationē institutu-

Qu

Qui Aquilonarium populorum transmigra-
tiones & bella, gentibus ad Austriū sitis sil-
lata, sibi cognoscere desiderat, iis libros du-
os de Asiana atq; Europę Sarmatia, quos
Matthias à Michou conscripsit, consulat.
His enim perleētis, minimè dubitam⁹, quin
poterā sententiā amplexurus sit, & Jeremię va-
ciniū à nobis recte declaratū esse, fasilius.

Ad Turcarum potentiam quod atti-
get, qui Christiano orbi quam maximè
infelius est, eos non à Mendic, sed ab ex-
ternis Septentrionis oris, & ultimis Tarta-
ri finibus in Asiā primū, dcinde etiā in Eu-
ropā irruptionem fecisse, historici tradunt.
Quorum quidem immanitatē & truculen-
ti, dū Asia Europaq; perpessi sint haēto-
i, iugis interim clamores emitte in ca-
populo Dei: quid detrimēti horror Aqui-
lans Ecclesiæ Cōstantinopolitanę intule-
rit, Romanæ verò quid minitetur: homni-
bus īdōctis & literarū imperitis inno-
tuuit. Postea quā.n. Tartari in Gothorū di-
tiones invasissent, miles quidā Magni Chā,
humilis & fortuna rūc obscurus, corporis *ca familia*
tamen viribus præstans & manu promptus, Princeps
de certas iniunias, à Tartaris, 50. tantum

Turcarum
origo, ab
Aquilonis
deducta.

equis comitatus, deficiens, in Cappadoci
montes & aditus oportunos occupare
cœpit, & nemine resistente, partim audacia
partim dexteritate singulari feliciter us
terrorem vicinis iniecit, deinde paulatim
oppidorum quorundam prædis factus po
tentior, & transfugarum copijs adiutus,
Cappadociam, Pontum, Bithiniam, Asiam
minorem, Pamphiliam & Ciliciam pau
tim inuasit & in suam potestatem redigit.
Atque ita ex Tartaris Aquilonaribus, ut
Matthias à Michou contendit, Ottoman
norum siue Turcarum familiis primam ori
ginem duxit. *Quia ab Aquilone, inquit, pander
tur omne malum super viuenteram,* quasi
dicat, hinc eos, velut diuino oraculo ad af
fligendum populum suum euocatos fuisse.
Quod enim Ottomannus ipse perdere di
uina virtute prohibitus fuit, id eius succe
sores, paternæ impietatis heredes, euerte
runt. ORCHANES enim Prusiam ve
bem amplissimam & Eithyniae caput expu
gnauit, & in ea sui imperij sedem ac domi
ciliū supremū fixit AMVRATHES
interea dum Græci mutuis inter se desi
giōe dissensionibus & exortis inde bellis de
certant.

Orchanes.

*Amura
thes.*

certant. Quemadmodum ab Israele & Iuda
 factum legitimus, tempore Regis Achaz, &
 à Trapezontinis atque Constantinopolitani
 postea, dum Græcorum Imperator
 Constantinus, cum Trapezontino de impe-
 rijsumma cōtendit. Nam Turca tum à Tra-
 pezontino Imperatore in subsidium euoca-
 tus, traductis per Hellespontum in Thra-
 ciā copijs, ut homo callidus & vafer, bellū
 ipsum tantisper prorogauit & extraxit, do-
 nec Græcorum viribus & opibus fractis de-
 bilitatisque occasione captata, socios nihil
 tale metuentes aggredieretur, & Thraciam
 occuparet. Cuius filius BAIAZETE S, *Baiazetes*
 Turcarum Imperio totam ferè Græciā &
 Phocidem, ac Bulgariae partem adiecit. CA *Calepinus*.
 LE PINO vero mortuò, qui Constanti-
 nopolitanī Imperij finēs multò acrius, quā
 quisquam alijs, vastare cōperat, MAH O-
 METHE S Valachis bellum intulit, Sla-
 voniae potiorem partem subegit, Danubi-
 um traxit, Macedoniam domuit, ad Ioniu-
 mvisque pelagus peruenit, & imperij sui
 sedem Adrianopolim Thracię urbem trā-
 tulit. AMVRATHES SECUNDVS, *Amvra-*
thes II.

Mahome- cam & Theslaliam obtinuit. MAHOMES METES SELCVNDVS, anno Christi CI. CCCC. LIII. die Maij XXIX. post longam obsidionem, grauissima tandem oppugnatione, Constantinopoli potitus est, in qua crudelitatem plus quam belluina & inauditam exercuit, non solum in regem eiusque vxorem & liberos, ac nobiliores matronas, quas primum flupratas dissecari deinde iussit: sed etiam in promiscuam plebem. Omnium vero maxime rabiem suam in S. Crucifixi Salvatoris imagine declarauit, quam omnibus probis contaminari, omnibus contumelijs affici, & fœdissimis etiam sordibus in eam impie proiectis, indignissime cōspurcari curauit. Atque ita truculentissimus ille tyrannus, horrendum illud Aquilonis portentum, in pestem atque perniciem humani generis exabitissimis Scythiæ finibus diuinitus extat, Orientali Ecclesiæ, quæ per decē Tibus, siue domum Ephratæā præfiguratur, vastitatem atque exitium intulit. Nec his Christianorum cladibus exatiatus hostis, Ecclesiæ Catholicæ Romane, & Orientalis Imperij ruinis quotidie magis
magis

magis inhiat. Cui quatum ipse eiusque potest ademerint, praeterquam quod historię referant, apud omnes in confessio est. ut eorum truculentiam consummatam esse, & ad profundum malitię peruenisse, Deumque vata irae interitui aptissima, iam multo tempore rescruasse, quo gloriam & maiestatem suam in valis misericordiae declarat, existimari possit. Sic Gigantes diluvio petiere, Pharaon maris rubri vndis submersus est, exercitus Sennacherib igne cælitus adurente perijt. Cum enim horribilia & maxima scelerata grauibus & atrocissimis puniis Deus puniat, ob tyrannidem, quam Turcæ immanem & crudelem exercevit, effugere haud poterunt pœnam temporalem: æterna vero eos post hanc vitam certissima manet. Ut vel hæc sola Turcica tyrannis, ab Aquilonaribus mundi plagis quid expectandum fuerit, apertissime declaret. Multo calamitates ab Imperatoribus Henrico ac Fridericis, Ecclesiæ Romanæ frequenter illatas. Taceo Guibellinorum & Guelforum luctiones, ex Imperatorum Germanorum cum Pontificibus Romanis cōtentione exortis, quæ etiamnum in Italia durant.

Quibus omnibus, cumuli cuiusdam instar, omnium grauissima Lutheranorū factio, ex eisdem Aquilonaribus locis nata succedit, quæ non solum fidem Ecclesiae Catholice perturbauit, sed spem etiam & charitatem vniuersam euertit atque extinxit, qd quidem adeò manifestum est, vt nulla probatione indigeat.

*Francisci
Forerij de
Aquilona-
ribus & de
Luthero po-
tissimū, te-
stimoniū.*

Quod si Thaddæus his obijciat, ex Benedicti Ariæ Montani sententia supra satis explicata, vim & efficacitatem nubes vanitatis tantum dispellentem ex Aquilone venire, vt Lutherò suo blandiatur: præterquam quod ex ijs, quæ suprà dicta sunt, satis constat, quam impudenter auctoritate Benedicti Ariæ sit abusus, alterius cuiusdam Hispani eadem de re ac spiritu Prophetico Lutheri testimonium expédat. Franciscus enim Forerius, super caput XX VIII. Esaiæ Prophetæ, versu octavo scribit, locum illum scripturæ lectorem Christianum commonefacere, vt attendat, qua ratione factū sit, vt illæ nationes in tantam hebetudinem & cæcitatem deuenerint, vt pro verbo Dei somnia ebriosorum hominum, ebriosi ipsi sectati sint, & tam turpe iudicium ha-

die dærebūs ferant, vt inconuulsam Ecclesiæ tot millium annorum auctoritatem, tot doctissimorum pariter & sanctissimum patrum vnanimi consensu confirmata vellicantes, furiosi cuiusdam hominis iudicia illi præferant, & eius sensa, qui nunquam sibi constituit, amplectenda esse prorsus & certis contendant. Certè si in vino & sycera nō dies noctesq; ageret, sed sobrie sacras literas pertrectarent, non in visionibus adeò errarent, non huiusmodi iudicia tructarent. Cauent igitur ceteræ nationes ab huiusmodi vitijs, si ab auctoribus cauere volunt, cum inepta vasa sint ebriosorum dentes, ad tensa Spiritus sancti percipienda. Hec Forerius: ex quibus iam fatis superque constare arbitror, id quod à nobis propositum fuerat, ab Aquilonaribus mundi partibus omne calamitatum genus, quibus Ecclesia hactenus oppressa & afflita fuit, prorupisse.

Nūc supereft, vt ex sacra scriptura, & Ecclesiæ doctissimorum Patrum, quorum nonnulli diuinis illuminati fuere, doctrina confirmemus, Synagogæ & Ecclesiæ Aquilonem suspeclam & iniuisam esse. Scriptura enim,

*Sacra scri
ptura &
Theologo-
rū de Aqui-
lone testi-
monia.*

veteris legis potissimum, quoties Aquilonis
meminerit, vix ullis verbis explicari potest.
Huc accedit, quod loci historici, supra lati-
us à nobis explicati, id facile arguant, pluri-
mæq; Prophetarum sententiae idē conuin-
cant. In quibus enumerādis nē simus nimij,
vnum atque alterū locū adducemus, quo,
Aquilonares mundi partes non temere no-
tatas à nobis & exagitatas, noui isti scri-
pturarum architecti & fabricatores intelli-
Ierem. ca. gant. Apud Ieremiam ergo sic legitur, *Vade*
& clama sermones istos contra Aquilonem, & di-
cès, Reuertere auersatrix Israel, ait Dominus, & nō
auerteram faciem meam à vobis. Hortatur hic Pro-
pheta Israelem, ac per Analogiam popu-
lum decem Tribuum Aquilonarem, à Ro-
manæ Ecclesiæ obedientia deficiente, ut ab
erroris pueritate redeat, ad fiduci unitate, in
Romana Ecclesia, in viris nimirum spiritu-
alibus & veritatis doctoribus reseruatam,
designatis in septem millibus virorum, qui
Baali sua genua non curuaerunt. Quod
hic Propheta per Aquilonem decem Tri-
buum populum Israelicum, & per Analo-
giam Orientalem seu Constantinopolita-
nam Ecclesiam, illique per eandem concordia
popu-

populi Aquilonarem Europicum congruentem intelligat, manifestissimum est; dum cum ex erroris & perfidiae sede, ad resipiscēti euocet. Idem Propheta alio loco, *Vox au-
ditionis ecce venit, & commotio magna de terra A-
quilonis, ut ponat ciuitates Iuda solitudinem & ha-
bitaculum Draconum.* Quem locum Abbas Io-
achim in hunc modum explicat. *Vox au-
ditionis ecce venit, de terra Aquilonis, scilicet a re-
probis & Alemannis afflictio & commotio
magna gentium perfidiarū. Ut ponat ciuitates,
id est, Ecclesiās, Iuda, Romanę, iedis, in solitu-
dine, scilicet, faciat desperitas, & habitacula
Draconum, id est, malitiorum. Item alibi,
Pro eo quod nō audīstū verba mea, ecce ego mittā &
q̄uānā vñiñer̄ sū cognatiōes Aquilonis, ait Dominus, Iere.aa.25.
& Nabuchodonosor Regem Babylonis seruum me-
um, & addūcam eos super terram istam, & super
habitatores eius, & super omnes nationes, que in cir-
cū eius sunt, & interficiam eos, & ponā eos in stu-
porem & in fibilum, & in solitudines sempiternas,
Namq; ex ijs vocem gaudij & latitie, vocem spon-
si & voce sponsae, vocem mola & lumen lucerna. Cū
quempli fuerint septuaginta / n, visitabo super
Regem Babylonis, & super gentem illam, dicit Do-
minus, iniquitatem eorum, & super terram Chal-
deorum, & ponam illas in solitudines sempiternas.*

Ad

Ad hęc Abbas: verū quia indurauit cor Pha-
raonis, Prälatos huius temporis designat.
Vnde adducet te vera super terram Ec-
clesiae , tyrannos Principes Alemannos,
pariter & Normannos , ad perdendum ex
ea vocem gaudī, in religiosis , & vocem sponsi &
sponsae, in clericis, vocem molaे, in laicis, & lumen
lucerne, in Prälatis. Post quorum afflictio-
nem, quæ incipiet velut à sanctuario Roma-
næ Ecclesiae , affligetur Rex Babylonis , &
retribuetur sibi mensura , quam tribuit ipse
multis. His scripturæ locis ex pluribus solū
commemoratis, quid Theologi de Aquilo-
ne sentiant, iam deinceps explicandum e-
rit.

Theologo- Sed antequam ad eorum testimonia ve-
rū de Aqui niamus, sciendum est, duo potissima Theo-
lone sentē- logorum esse genera, quorum alterum in v-
tia. sitata scripturarū interpretatione, quæ per
historicum, moralem & Anagogicum sen-
sum sc̄re perpetuo decurrit, ut plurimū ver-
fatur : alterum propheticō quodam moe-
sublimius euectum, scripturas iam olim im-
pletas, per Analogiam ad futuros in pos-
tum euentus accommodat. Prioris genera
nulos testes adducemus, propterea quod
hoc

hoc argumentum copiosè docteque tractetur in epistola, quam Reverendiss. Rurendensis Episcopus, Guilhelmus Linda ad me misit, quam nos, partim quod dominus admodum probaretur, & instituto nostro plurimum conueniret, partim ne erat doctissimum & optimum virum ingratissime videremur, libelli nostri fini ad verbū subiunximus. Et si enim familiariter tantū scripta sit, ideoque ceteris eiusdem libris parvū digna videri fortasse possit, tamen quod inuandi studio animoque bencuolo factū est id nemini bene nato & liberaliter instituto displicere merito debet, nedum ipsi auctori, qui se totum iam hinc à multis annis Ecclesiae iuuandæ cōsecravit atque denuit. Ut nihil hic necesse putemus esse, cum apud ipsum deprecari, si qua hoc facta commissa à nobis esse possit.

Ad alterum Theologorum genus quod vinit, et si ipsorum interpretandi modus minus frequens sit, multi tamen pietate & crudelitate præstantes viri in eo claruerunt, ut ex testimonij mox subiiciēdis elucebit. Si quis autem de eius auctoritate dubitet, Bibliothecam Sanctam F. Sixti Senensis, libro

bro tertio, de Prophetica expositione consulat, qui huius interpretanda scripturæ generis duplum modum fecit. In quo præter ceteros excelluerunt Melito Sardensis, Methodius Martyr, Proclus Archiepiscopus Cœstiniopolitanus, Ioachim Abbes Florentis. Inter quos maximè, eodem Senensi teste, excelluit Proclus, qui, ut Socrates in septimo testatur, cum Scythæ duce Ruga, aduersus Romanum Imperium arma sumpsissent, edidit coram Theodosio Augusto atque eius exercitu Propheticam orationem, in qua exponens Prophetiam illam ex libro Ezechielis, *Fili hominis vaticinare contra Gog & Magog*, sic ad instantis belli occasionem Prophetæ verba deflexit, ut pœnas omnes ab Ezechiele descriptas, Barbaris imminentere prædixerit. Cui prædictioni Deus pau-
*Testes calamitatis Aquilonarum, 21. quo-
 us Mar-*
 lò post fœlicem exitum dedit, igne cœlitus
 demissio, & præcipuis Barbarorum incendio
 absumptis. Quod quidem exemplum non
 solum alterum hoc interpretum sacræ scri-
 turæ genus confirmat, sed etiam, Aquilonarum in Romanos impetum & pœnam di-
 us Martini usus inflictam clarissimè ostendit.

Potò autem, ut iam ad auctorum con-
 dem

dem testimonia descendamus, cum Sixtus Senensis Methodij primo meminerit, quid ille de Aquilonaribus populis senserit, explicandum est. De cōsummatione enim secuti Methodius agens, signa quædam velut *Signa prae-*
cedentia mundi con-
summatio-
nem.
 rūmē mundi prænuncia, ex ordine proposuit. Primum cōtra domum Dei, filios Ismael & Agarenos insurrecturos esse, & orbem terræ, regionesque multas in introitu pacis, à terra Aegypti usque ad Aethiopiam, & à flumine Euphrate usque ad Indiam, ac à Tigri usque ad introitum Nabat regni Ioniæ, filij Noe, atque ab Aquilone usque Romanum & Illyricum, Aegyptum & Thessalonicam, Albaniam, & mare usque Ponticum occupaturos. Et in duplum iugum illorum in colla vniuersarum gentium futurum, & non fore gētem aut regnum sub cœlo, quæcūq; in prælio cōfigendo eos superare posse, usq; ad numerū temporis octo septimā annorū &c. Alterū signū est, quod occidit Turcibus & calcatibus infidelibus. *Secundum signum.*
 tanis sanctā, ijsdemq; Ecclesias & altaria extortentibus, & in locis sacrī abominationē exercētibus, magna sit calamitas apud Christianos ceteros, potissimum Europæos, eius tyran-

tyrannidi nondum subiectos oritura, adeo
 ut sine vi, tormentis, flagellis, multi fidem ab-
 negatur, clerici etiam & monachi ipsi res
 diuinas profanaturi sint. Quod ipsum Seba-
 stianus Brandt, praeterquam quod textus
 clare habeat, figuris in Methodium factis,
 anno CIJ. CCCC. XCVII. priusquam
 praesentis apostasie apud Germanos quis-
 quam meminisset, ad viuum exprimit. Mo-
 nachum enim crucis Christi viuificam ima-
 ginem in ignem coniicientem, clericū cor-
 pus Christi suis obijcentem, laicum cru-
 cem pedibus calcantem aperte delineauit.
 Tertium signū Methodij est (quod extre-
 mi temporis facit) Turcis genio indulgen-
 tibus, gaudioque perfusis, orbem ad vicinas
 insulas Italij, Romam vique, sibi quod sub-
 iugassent, adeoque suam tyrannidem & im-
 perium firmassent, ut formidine deposita
 tutò otiani liceret: Romanorum Regem in-
 dignatione & iusta ira permotum, Turca-
 rum impietatem aggressurum eversurum
 que esse, eorumque Imperium funditus de-
 leturum. Atque ita altissimam pacem, cuius
 Apostolus meminerit, mundo euenturam.
 Ea fruente iam Ecclesia, portas Aquilonis

*Tertium
fignum.*

rele-

referandas, indeque virtutes gétium egressas, à quarū cōspectu totus orbis perhorrebit: ac tandem etiam ex Aquilonaria Thru Dan, proditorum Antichristum es- se. Ut ab ea mundi parte, iuxta Methodij sententiam, non Gog & Magog solum, sed ipse Antichristus expectādus sit: præterquam quod ex eodem mundi angulo, Turcarum immanem tyrannidem venisse, insinuare tacite videatur.

At auctores, qui Methodiū secuti sunt, & eadem Analogica scripturæ interpretatione vñi, quorum quidam etiā spiritu Prophetico, claruisse feruntur, non solum plaga à Turcarum tyrannide Christianis illatas hactenus, & à Gog ac Magog atque ad eo ab ipso deinceps Antichristo inferēdas: verum etiam Europæ necdum Turcis subiecta, bella ciuilia, per secessionem & Apostasie scelus, Antichristo mixto instigante, exercita, ab Aquilone originem habitura es- se voluerunt: cum neque Romam, neque Italiam, neque etiam Germaniam Turcarū armis inquam expugnandam, sed Europæ Mediterraneas pronuncias, armis bellisque ciuilibus, quoñ occasio ab Aquilone pro-

Kfecta

fecta sit, conficiendas esse existimant, idque
iuxta vaticinū Methodij, tempore tyranti

II. Metho- cæ persecutionis filiorum Ismael. De hoc
dij Cömen- itaq; negotio agès Methodij cōmentator,
tator, qui viginti duo scilmata à tempore Christi, ex
suū Cömen libello Cardinalis Petri de Aliaco enum-
tarium edi rās, vicesimū teriū nondum venisse, sed tan-
dit anno quam præ foribus eslet, mox expectandū af-
Domini firmat; ac Abbatem Ioachim, B. Hildegar-
1497. dim, S. Cyrillum, Henricū de Hessia, B. Vin-
Abb. 104. centium Dominicanū, multa de illo schis-
chim. mate suo æuo reuelauisse, scribit. Vbi tandem
B. Hilde- hæc verba subiungit. Vincentius dictus di-
gardis. cit, quod præcedet Antichristum verum, &
Cyrillus. ille falsus Papa, (intellige eum, qui sibi Papalē po-
Henricus de Hessia. testatem nullo iure vindicabit, ut ipse Vincen-
de Hessia. tius in libello de fine mundi scribit) qui erigitur p-
Dominica- quendam magnum principem, cum suo i-
nus. nido pandetur ex parte Alemanorum. Un-
Inclusa nō de veniet & fiet vicesimum tertium schis-
sunt Cöme ma, maius cæteris & maximum, & prius om-
tatoris ver nibus præteritus, & adhuc non est peradū
ba, sed no- Sancta Brigitta, in libris suarum reuelatio-
stra. num, sub Aquila grandi, quæ ignem fou-
III. S. Bri- bit in pectore, dicit, Concubabitur Eccle-
gitta. sia, & deuastabitur. Per quod datur intelli-
gi, quod Deus prouocabit altos Alemanos,

vt quidā volunt, contra Ecclesiam, qui magis de humana potentia, q̄ Dei cōfidunt: & iusto iudicio hostilibus incurſibus cōculcabitur nauicula Petri, & clerus turbabitur. Et si necesse est, vt Petrus succinētus effugiat: ne squalore publicae seruitutis incurrit. Et si videat ip̄la Ecclesia Occidentalis, ne sit ſoī baculus arūdinii potētia Gallicana, in qua cōfidit, cui si quis innititur, pforatur manus eius. Et potest cōueniēter intelligi, quo modo Alemani scorponiſtē, cōfederatio nē inibūt cū Rege Frāciæ, sub quo Ecclesia crucē lamentationis humeris proprijs portabit, & videbuntur mala inaudita sub no uello. &c. Hæc cōmentator Methodij, quæ à parte Aquilonari, Germania ſcīlicet, hēre ſim & afflictionē expeſtādā fuſſe affirmāt.

Dū Vincētij Dominicanī mētio incidebit, negligendū minimē exiflmaui, quæ de IIII. Vincētius circa annū do minis scripsit.
mētio Antichristo ipſe p̄didit, cū falso ſci-
hōt & hypocriticē, ſub ſpecie pietatis, innu-
meros homines decepturū eſt. Oriturū aut̄ apud Germanos eū, hiſcē rationibus perſua-
dere nituntur: quod per Aquilonem Germa-
niam intelligatur: ad cā rē Ezechieliſ Proph-
etam allegans, videlicet, *Sex viri veniebāt de via*

porta superioris respiciens ad Aquilonem, scilicet de Alemania, inuidentes Ecclesiam Catholicam Romanam, ac sibi ipsis causam & occasionem interitus machinantes, ut à Calamitas Germanis Vā mundo, centum annis, longè ante vallata etiam cinatum, qua inquit, Germania viscerū dolore tor ipsi Germania quebitur, & fratris cervicibus bibet de calice furoris, nra exitio- cum sacerdotibus, etiam turbatis principibus, pericula sa erit. tabitur tranquillus et popularis.

V. Abbas Ioachim. Cū Methodio & eius cōmentatore, Abbatem Ioachim cōuenire, præterquā quod ex locis à nobis in superioribus adductis cōstet, sequentia conuincunt. Alemani, inquit, infidabuntur Ecelesiæ, cum suo filio perditionis, & in Francis conspirabunt aduersus apostatricem Ecclesiæ, in Pontificibus bellicosis. Idcirco in spiritu Ammon & Moabitarum, Angli & Franci vere fallaces & duplices in angustia temporis securuti, non soli in Reges suos deseruent, sed & Prelates de terra prescribent. Quod autem apostatricem Ecclesiæ Romanam appellat, non hic fidei quicquam derogatur, sed luxui & malis illius operibus, ut à nobis folio 81. huius defensionis attibutus Abbatis locus, innuit.

VI. Anselmus anno 1278. floruit. Anselmus Episcopus Marsicanus, dignifica-

gnificavit, de Romana vrbe sic inquiēs. *Vae,*
cuius sanguinum, vniuersa mendacij, dilaceratione
plena non recedat a terapina. vox flagelli, vox impet-
tus, & equi frementis. Reverentia & deuotio aug-
mētabuntur, cor eius ab habitatione commutabitur,
cor sera dabitur ei & septem tempora mutabun-
ta. Plus autem figura, qua verba, innuit,
dum bestiæ cornutæ & Coronatæ mitrā
Pontificalē Pontifex ipse imponere videa-
tur. In initio Anselmus Vrsinos & Colum-
bienses sanguinolētos, se in uicem dilaceran-
tes, notat: *Non recedat, enim, inquit a terapina,*
vox flagelli, & vox impetus rote, & equi frementis.
Hoc Roma, mortuo Innocentio, sub Alexā-
dro sexto perfensit, ut nihil dicam de Iulij
secundi intesūnis bellis, plenis sudoris &
sanguinis. Carolus quoque Borbonius Ro-
mam invasit, & crudelissimè in ea capta se-
vitum est, capto etiam Clemente Pontifi-
ci. Sed ad extremū, cum omnia gesta nesci-
ente Cesare suissent, reverentia & deuotio Ro-
mae restituta est. Nam non multò post, Cæ-
sar Pontificem priori dignitati restituit, &
facta turbarum omnium obliuione, in ami-
citiam recepit. Cor autem Pontificis, id est, Ger-
mania ab habitatione commutabatur, id est,

auertetur ab Ecclesia Romana, cor fera dabatur ei, id est, Germania fera, agrestis, ingratu indomita, haeresib. infecta, schismaticis factionib. & tumultib. agitabitur, & Pótifici potestatem, ut figura innuit, sibi arrogabit. Donec septē tēpora mutentur super eā: ut Anselm cū Abbatे Ioachim hoc modo cōueniat.

VII. Taulerus. Taulerus, cū in spiritu tēpora periculosis
rus ante annos 200. sima imminere cerneret, diligēter plebē A-
 grippinā monuit, & verbo ac scriptis, quo e-
 andē hāc haeresin, ab Aquilonaribus Ger-
 manis oriturā, ciuisq; authores fugerēt, hor-
 tatus est, ijs obedientiā & humilitatē com-
 mendans: vt ex I. Sermone XVIII. Domini
 cæ post Trinitatē colligitur, vbi ita termēb.
 quitur. His, qui humiles & parui nō suerint,
 pseudodoctores persuadere nitentur, ea om-
 nia, q̄ à veritatis magistris vñquā tradita fu-
 rint, nō esse vera. Vnde & multi ex ijs, qui im-
 vana cōplacentia suiq; aestimatiōe permāse-
 rint, laqueis deceptiōis inuoluētur: adeo ut
 ipsis omnia Sancta Ecclesiæ instituta, ca-
 moniq; ac ritus videātur errori falsitatiq; ob-
 noxia. Et vē his, q̄ intus vocē patris sui, nēce
 Dei, ac foris vocē matris sue. i. Ecclesiē (quo
 rū voces nō nisi vna vox est) auscultare no-
 lucunt.

luerint. Itidē in sermone, quē festo die om-
 nū sanctorū habuit. Magnæ & pernicioſæ
 plague certò certius imminēt nobis. Iā nubes
 succelaſe ſunt ut affligāt, ſed eas amici Dei la-
 chrymis ſuis retinēt: ſi ad meliorē nō cōuer-
 tumur frugē, citò nos grauiter feriēt: eritque
 tita calamitas, ut iudiciū extremū homines
 instare existiment. Qui modo multa pace *Hæc num-*
 gaudēt, magnis pſſuris affligētur, verbū Dei *Aquilona-*
 peruertetur, cultusq. diuinus penè in obli- *ribus Euro-*
 uionē abibit. Vnus huc, aliis illuc pperabit, p̄e prouin-
 nec facile ſcire hicebit, quē hæc mala finē ha- *cij euene-*
 bitura ſint. Itē alibi: *Saluberrimū cōſiliū hoc eſt,* *rint, aduer-*
nō es ſenescēti & effæta matri Eccleſia, animo refi- *sarij ipſi iu-*
nato, propenſiſimaq. volūtate, ſimiliter ſeſe ſubmit- *dient.*
tant, atq. illius ordinationibus & doctrinis, quas ab A-
pſtolorū tēpore huc vſq. cōcionatores palā e ſugge-
ſtū nobis proponūt, ſpontanea ſubiectione obrepereſt, *Notā, A-*
niſi Angelus de cælo aliud, prater id quod Euange-
liatū eſt, annūtient & perſuadere moliātur. Sicut *grippina-*
& à domino Iefu Christo diligēter pmoniti *tes huc vſ-*
ſumus, cū diceret: Sup. Cathedrā Moſi ſede *que ſalu-*
rū ſcribæ & pharifæi. omnia ergo quæcūq; *Tau-*
dixerint vobis, feruate & facite, lecūdū vero ſe. *leri cōſiliū*
opera eorū nolite facere. Hæc Tauclri adeò *ſecutos,*
aperta & perſpicua ſunt, ut nulli mortalium *& non ma-*

dubium esse possit, hisce nostris turbulentissimis temporibus ea conuenire.

VIII.Fra- Frater Robertus Dominicanus, in spiritu
et Rober- Vidi Petrum Apostolum, purpuralibus rubeis in-
tus floruit dumentis indutum: & ecce hisatus, incomptus &
circa annum ratus apparuit, tenens claves magnas ferreas in ma-
Domini - nu sinistra. Cumq; inspiceret ad dexterum eius: vidit
1291. brachium eius dextrum nigrum, siccum, & quasi ar-
Notatur ridum; miratusq; dixit. Que sunt hec Domine Iesu?
pars dex- dixit q; spiritus illi: pars dextra Ecclesie nigra, secca,
tra Eccle- & quasi arida facta est, non tamen amisit Ecclesia
sie disces- clavium potestatem. Hic pars dextra Petri, du-
sionis. ad Aram prostrato & oranti ipse appa-
 rit, partem Aquilonare Romanæ Ecclesie
 aridam esse significat. Ca. 35. eiusdem libri de sta-
 tu Ecclesie Romanæ agens, haec habet. Et
 ecce venerunt ab altitudine ciuitatis, à plaga Aqui-
 lonari, armati homines, cōmotionem facientes ma-
 gnam in ciuitate: ingrediebanturq; per domos in la-
 tere meridionali fundatas: & rapiebant vase aurea
 atque argentea quasi sine contradictione. Ita dixit spi-
 ritus Dei in me. Futurum est, ut surgat qui
 non sequitur Iesum Christum. Et factum
 est: Ecce quidam fratres ordinis fra-
 trum minorum, & Eremitarum
 Sancti Augustini, descendebant ab A-
 quilo.

quilonari altitudine ciuitatis, per viam ^{Nota Lu-}
 redam, que dicit ad Occidentem: de- ^{theranam}
 scendebantque plus versus Aquilonem, prædici,
 quam ad Occidentem. Fuerant autem ante ^{que ad}
 nigrum. Et dixi Minoribus notis meis, qui inter il- ^{Aquilo-}
 luerant: quoniam contrarius erat Christi. cœperūt- ^{nem & Oc-}
 que ridentes deridere me. Et dixi: finis ostendet qua- ^{cidentē Eu-}
 lis fuerit. Item capite 36. codem libro de Re- ^{ropā perua-}
 gni Gallie tumultibus. Vidi, & in somnis respi- ^{gata est.}
 ciebam regnum Francie in spiritu, & ecce veniebat
 caligo teretima ab Aquilone, cadebantq; de celo ful-
 gura, & miscerantur caligini, surgebatq; puluis de
 terra, & subito possedit regnum caligo, usque ad ma-
 temeridionale & Occidentale. Hacenus frater
 Robertus.

Beata Hildegardis libro 3. qui appella- IX. Hilde-
 tur Sciuias, visione vndecima, Ecclesiæ calagardis.
 mitatem prolixissimè vaticinatur, ab Aqui-
 lonari parte venturā. Quam visionē ipsa sic
 auspiciatur. Deinde vidi ad Aquilonem. &c.

Beatus verò Cytillus Episcopus habet, x. Cyrillus.
 quod antequam Ecclesia renouetur, per-
 missurus sit Deus, vacante papatu, oriri ma-
 xima schismata, inter Imperatorem Alemā-
 num & Italiam. Itali enim Papam consti-

tuere volenti Aquilæ resistent: quæ furor
incensa, non solum Alemanos, sed etiam al-
ias omnis generis Gentes pessimas, quas
poterit, associabit ad suū exercitum: & ar-
mata manu intrabit Romam: & omnes Ec-
clesiæ Prælatos seu religiosos, & Ciues tru-
cidabit, & multos interimet varijs supplici-
is. Vnde faciēt Clerici abrabi coronas suas,
& alij dabunt fugam ad silvas & montes.

XI. Fratres
Reinhar-
dus.

In reuelationibus fratris Reinhardi tra-
ditur, Lupum Aquilam ciecturū esse: mero-
re inde cōfectorū iri pullos: eosdē tamē Aqui-
la pennas detracturos esse: quo nuda sedēs
auxilium frustra serè querens, non inueni-
at. A Virgine igitur Aquila fugata, Liliū
excitat, volabitque ad meridiem recupe-
rando amissa.

XII. Cu-
mæa Sibyl-
la.

Sibylla itidem Cumæa, referente com-
mentatore Methodij, sic habet. Postea-
quam I. oēt. & F. tertium deleta fuerint,
& A. sextū nasceretur: mouebitur Liliū ab
Occidente in Orientem, & venient dies
tribulationis matrum. Et post hæc e-
gredietur Aquila de Alemaniæ rupibus,
multis associata Grifonibus: quæ irruens
in hortum chrismatis, sedentem in sede Pa-
storis

storis, de quinto climate fugabit ad septimum &c. ut hæc à Commentatore Methodij & Lichtenbergio referuntur.

Hæc ipsa manifestè Thelephorus de-
claravit : qui inquit *Certum esse, ex a i-*
qua Aquilonis regione futuram tyrannidem, qua
Templa & Monasteria diripiantur, & Clerus ad
pristinam nascentis Ecclesie paupertatem rediga-
tur.

De hac eadem calamitate Vbertinus in **XIII. v-**
hunc modū loquitur. Sicut in primo Eccle *bertinus.*
sīē statu, patiens Christus, post illusiones &
multas iniurias, fuit crucifixus & mortuus:
sic tēpore mixti Antichristi, in fine *Quinti*
& in excursu *Sexti* status Ecclesiæ, post mul-
tas illusiones, spiritus Christi & lex Euāge-
lica tādem mortificabitur, & supprimetur
veritas non solū vitæ, sed etiā scientiæ & do-
ctrinæ dignitatisq; Ecclesiasticæ: Et verifi-
cabitur illud Sapientiæ, *Error tanquam lex cu-*
scidit, & tyrannorum imperio coluntur figmēta.
Sub illo igitur Idolo & mixto Antichristo,
cadet Ecclesia culpabiliter, sicut per merū
Antichristum demum cadet pœnaliter.

Vilio, quā vidit Sigismūdus Bohemorū **XV. Visio**
Rex, præsentem quoque populi defecatio- *Sigismūdi.*
nem

nem docet. In ea enim habetur, plurimos homines à iustitia Romanæ Ecclesiæ se ab alienaturos, & multos etiam ex spirituалиbus prolapſuros, propter præuationem capitum, &c. Legitur etiam in eadem Sigismundi visione, cultum Dei deſtruēdum, & desiderandos sacerdotes ob raritatem &c.

XVI. Tor- *quatus.* Huic visioni qualiter Torquatus, Lichten

XVII. Lich- *bergius, Iosephus Grunpech consentiant;*

tenbergius. ex superioribus, vbi Astrologorū de Aqui-

XVIII. Io- *lonaribus césuram adduximus, peti potest.*

sephus Grū Gamaliōis, tēpore Bonifacij quarti, facta

pech. visio, superioribus conuenit: ut de opprimē

XIX. Gama- *dis sacerdotibus propter peccata, deq; mu-*

lionis visio, tando Ecclesiæ statu. Ecclesiam enim licet

Gamalion ille minus honorifice appellat, sacra tamen eius haud quaquā reiecit. Imò conqueritur, his abuti sacerdotes, propter

XX. Ioan- *nes de rupe* quos male audit Ecclesia. Præter hos pro-

scissa. *phetauit Ioannes de rupe scissa, oppressio-*

nem Ecclesiæ, & destructionem ordinum mendicantium.

XXI. Epif- *Vcrū ne XXI. testis, Septenarij triplicati*

copus Chz- *testimonium nobis desit, de hoc mixto Ad-*

quensis. *tichristo ac Aquilonari hæresi quid R. D.*

Ioannes Episcopus Chemensis, de presenti

nego-

negotio olim senserit, audire operæ pretiū
enī illi deinceps, inquit, mixti Antichristi
aduentus & interitus, in Apocalypsi specia-
liter describitur. Est enim ipse pseudopro-
pheta, de quo Ioannes vidit spiritum immū-
dum exire, dicens. Et vidi de ore Draconis,
id est de inspiratione diaboli, & de ore be-
stie, & de ore pseudoprophetæ huius Ido-
li, exire tres spiritus immundos in modum
canarum, scilicet loquacium & de luto ex-
euntium. Sunt enim spiritus demoniorum,
facientes signa, & procedent ad reges totius
terræ, cōgregare illos in præliū, scilicet con-
tra dignitatem Ecclesiasticam. Hæ sunt lo-
custæ similes equis, paratis ad prælium, cur-
rētes velociter & atrociter, in persecutionē
electorum, à dæmonibus seu equitibus agi-
tatae, &c. de quibus in Clavi Aquilonis plu-
nibus agemus.

Hæc XXI. testium, & quasi Prophetarū
testimonia, quid ab Aquilonari plaga mun-
di Ecclesiæ Romanæ expectandum fuerit,
et in credulo & tergiuensanti homini he-
retico, demonstrare valent: ut taceam, maio-
rem ipsorum numerum, per Aquilonem,
gētem Alemanorum designari, affirmauis-
se. Si

se. Si quis hac animo iniquo capere vellet, non mihi, sed Thaddæo succenscat, qui haec in lucem ut proferrem, suis contumeliosis calunijs & maledictis me coegit. Sed quid Rabbini de hac plaga sentiant, audiamus.

Quid Rabbini de Aquilonari sententiam de hoc negotio plenè cognoscere optauerit, Talmudicum opus Iudeobus mundi rum consulat, quod ordine quarto, tracta plagis sen- tu tertio, distinctione secunda, charta XXV. tiam.

inter alia tradit: cù, qui orauerit facie ad meridiem concorsa, sapientiam, ad Septentrionem vero, diuitias consecuturū esse. Qui hāc significationē Aquilonis ex Hebreorum doctrina habet, intelligit cur Satan Christo Regna mundi, si cadens cum adoraret, promiserit; dēmonum scilicet, tanquam principum huius mundi, à dextro latere Aquilonari, (quod tamē Diuīs Hieronymus sinistrum appellandū censuit) locum & habitaculū esse. Qui itaq; intelligit angelos hosce mundanos hominibus apparentes, non eos, qui Aquilonis non apparent, nisi in spiritu: intelligit, volatile, quod creatū est die quinta, cuius p̄m. & similia cepse est Abbadon seu Apollyon, nomen habens

bene exterminans, ut cap. 9. Apocalypseos *arcana de-*
describitur. Et qui intelligit aquam Austra Quinto sta-
lem, unde pax & tranquillitas signem Sep- tu Ecclesie
tentionalem, vbi fletus & stridor denti- agens, refe-
um: quid voluerit Job cum dixit, Qui facit rabit.
in excelsis suis &c. & nouem diuerla rece-
ptacula inferni vbi constituenda sint co-
*gnoscet, ut Gehenna, porta mortis, um-
bra mortis, puteus interitus, lutum fecis,*
perditio, souea, Infernum inferius, la-
cus in quo non est aqua. Ex quibus lo-
cis manet lex Irae. Huc spectant primo, Lu-
cifer, unus princeps rebellionis angelorum
& tenebrarum. Secundo, duo duces dæ-
moniorum, Beemoth & Leviathan: Duo,
que comminatur Christus damnatis, fle-
tus & stridor dentium. Tertio, tres furiae
infernales, Aleæto, Megera, Thesypho-
ne: Tres Iudices infernales, Minos, Aca-
os, Radamanthus: Tres gradus dam-
natorum, Malefici, apostatae, infideles. Quar
to, quatuor principes dæmoniorum, nocentes
in Elementis, Samael, Azazel, Azael, Mahaza-
el: Quatuor flumina infernalia, Phlegethon,
Cocytus, Styx, Acheron: Quatuor principes
dæmoniorum super quatuor angulis orbis,
Oriens,

*Ordo Caco
demonum
& infero-
rum ab A-
quilone.*

Oriēs Paymon, Egij Amaymon : Quinto,
 quinque tormenta corporalia, amaritudo
 mortificans, Vlulatus horrifoni, Tenebris
 terribiles, ardor in expugnabilis, Fœtor pe-
 netrans. Sexto, sex dæmones calamitatum
 omnium autores, Actæus, Megalesius, Or-
 menuis, Lycus, Nicon, Mimo. Septimo, sep-
 tem damnatorum præmia, Cancer, mors, lu-
 ditium, ira Dei, tenebris, indignatio, angu-
 stia. Octavo, octo ordines Cacodæmonū.
 Pseudothei, Spiritus mendacij, vasa iniquita-
 tis, vltores scelerum, præstigiatores, Aenei
 potestates, Furiæ seminatrices malorum, cri-
 minatores, siue exploratores. Nono, noue
 habitacula inferorum antea commemora-
 ta. Decimo, decem damnatorum ordines,
 addendo nouem ordinibus Cacodæmonū
 animas prauas & damnatas. Hæc Rabini de
 Aquilonariis mundi plagi sentiunt, quæ
 causam omnis mali, extremæque calamita-
 tis fomitem, diabolum scilicet, super nubes
 Aquilonis solum suum firmauisse demon-
 strant, ut huic mala super domum Dei inun-
 dare minimè mirandum sit.

*Conclusio
defensionis*

Cum itaque, ut ab initio nos facturos re-
 cepimus, Aquilonarium mundi plagarum
 super

super domum Dei acerbitas satis commōstrata sit, & ad finem vi que seculi Gog, Magog, & Antichristum ipsum ex eadem mūcīpaga venturos, veterum vaticinia affirment: huius defensionis filum vt abrumpat, ordinis ratio requirit, Quinti & Sexti status Ecclesiæ, euētus, Aquilonis Clavi recordos, referuantes.

Hæc sunt, Gloriosissime atque
multissime Imperator, quæ pro defensione
nominis & existimationis meę, aduersus
Thaddæi calumnias, Imp. T. M. à me ex-
poni oportere, multis de causis in animum
induxi. Primum, vt Gloriosissimæ T. M.
Universis Sacri Romani Imperij Principi-
bus, & omnibus denique bonis viris testatū
litterem; quæ annis ab hinc aliquot, de
Aquilonis perfidia scripsoram; ea non ca-
lumniandi, scripturæ ūne peruertere dæ stu-
dii, led veritatis tantum eruēda, & Catho-
licæ fidei defendendæ gratia, scripta à me
fuisse. Deinde, me non leuiter neque teme-
re, den tanta pronunciasse; sed scripturæ sa-
crae testimonijs, multorum S. Patriū aucto-
ritate, & consentiente Historiarū fide sub-
sum, cadixisse de Aquilone & eius inco-

L lis,

lis, quæ mihi pro Catholicæ religionis veritate, curus ego patrocinii in hac causa suscepseram, summo iure dici potuisse videbitur. Tum, ut appareret, me falsò ac temere publico scripto, non sine atroci iniuria, calumniatorem malitiosum ac perfidum, scripturas falsò & iniquè detorquentem, appellatum à Thaddæo fuisse. Ut taceam interim, quod affirmare sit ausus, me sub Sennacherib, Nabuchodonosoris, Antiochi, aliorumque nomine, Christianos Principes, hæreses & tyrannidis insimulauisse. Huc accedit, quod, cum Thadæus suum studi scriptum, quo grauiter Iesum me sentio, Imp. T. M. inscripsit, & res ad S. Imperium Romanum, & omnes eius Principes quam maximè spectet: ad neminem iustius, quam ad Imp. T. M. supremum videlicet eius caput, defensionem hanc meam diligenter oportere, sum arbitratus. Postremò, ne quis fortasse, si aliter fecisset, vel facinoris aliquius conscientia pernotum, vel æquitatis causa diffisum, lucē & conspectū hominū me subterfugere voluisse, falsò criminaretur. Quāobrē ut Imp. T. M. defensionē hanc meā clementer admittere, meq; in tutelā ac patro-

patrocinium suum aduersus calumniantium
iniquitates benigne suscipere digne-
tur, prudentissimis votis efflagito. Deus Opt.
Mx. Imp. Tuam M. Christianæ suæ Rep.
duceret in colummam. Datum Coloniae

Agrippina, Anno à nato Christo,

M.D.LXXVI. Calend.

Septembri.


Imp. Tuæ M.


*humillimus & obsequentiſſ. ad
omnia cliens,*

Theodorus Graminæus,




L 2 REVER








211





or. 1048

